

QVIA
MISCELLAN
Litterar
Regem
SODI
M
M

G

3

Z

73-6




Sammelband

A 654

A

13





5. 4
TIMOTHEI POLI
EPIGRAM-
MATA.

&
HYPORCHEMATA,
&
ANACREONTICA,

&
CÆTERA.

Secundâ vice edita.



ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ.

Anno 1629

Hieronymus Ludolphus

Prop. et. 1. 1. 1.

THEOLOGY
ERIGENAM
MATA

HYPORCHEMATA

ANAGORONTICA

CAESAR

secunda editio

1717

UNIVERSITÄT

THEOLOGY

1717

123
A
D
O
N
E
E
E
E
O
E
E





*Illustri & Generoso Comiti
ac Domino*

Dn. PETRO BRAHE,
Comiti in Wiffingsburg / Libero
Baroni in Ribboholm & Lindeholm / &c.
Domino suo Clementissimo.

O Generose Comes, generoso sanguinis ortu,
Et factis propriis ô Generose Comes:
Nempe Gen^o, Generose Comes, virtutibus ornas
Dum peregrinaris, ô Generose Comes;
Et nos Germanos, Comes ô Generose, frequen-
tas,
Et visis Gallos, ô Generose Comes;
Et mores populi, Comes ô Generose, Britannia,
Et lustras urbes, ô Generose Comes;
Et discis Musas, Comes ô Generose, novenas,
Et varias linguas, ô Generose Comes.
Omnibus ô Musis, ô cuncto carmine major,
Plus Generose Comes, quã Generose Comes:
Ecce tibi parvum dat nostra Minerva libellũ,
Et te **Supremi** Numinis instar habet.



*Illustri & Generoso Comiti ac
Domino, Dño*

ALBERTO OTTONI,
Comiti in Solms / Domino in
Münkenberg / Wildenfels / Sons
nenwald / Barouth & Pouch / &c.

Domino suo Clementissimo.

Te velut Ascaniū celeres agitare caballos,
Et lepidos gestūs vidimus, atq; genas.
Omnis in Ascanio stetit olim cura parētis ;
In te Solmonidum cura stat omnis item.
Magne Patrone, puer tener, & Comes incli-
te, salve.

Omnis & ecce in te stat mea cura, Comes.

D. D. D.

L. M.

S.

Timoth. Polus.



*LECTORIBUS BONIS
& Malis S.*

Quisquis es, oculis festina lentè :

Nam hæc te charta vehementer orat, ut
se se inspicias & deinde legas quod in se
scriptum est :

TIMOTHEUS POLUS hîc evulgat
Carmina :

Carmina, benevole Lector, illimata, &
quæ vix ossibus hærent, ut oves Ægonis in
Virgiliô :

Immo valdè bona carmina, Zoile, &
succiplena sicut Pamphila in Terentiô.

Diversis enim nobis diversum dicit au-
tor (aliter ut modestus sit; aliter, ut rum-
pantur ilia Momo) & conceptis votis solli-
citè vos rogat,

Te, prior, ut faveas, foveas, promoveas

Te, alter, ut invideas & mordeas fameli-
cus, dū rident Saturi, & naviges Anticyras.

Rem magnam præsta, Zoile, si bonus es;
hoc est, majorem, quam ut carpas, quæ non
intelligis.

A 3 Sa

Satis verborum habes; Abi:
Quid si nondum satis? tamen Abi, &
vide id manticae quod in tuo tergo est.

TIMOTHEI POLI
EPIGRAMMATVM
Liber Primus.

I.

A Jove Principium.

*R*erum principium Deus est, & finis. In ipso
Incipiamus item, perficiamus item.

2.

Ad Lectorem.

*C*ur hunc emittam quæris fortasse libel-
lum?

Si laudare nequis, ut reprobare queas.

3.

*Ad Bibliopolam, cujus ope hic
liber prodit.*

*Q*uem genui librum, paris hunc in lumi-
nis auras, (bet

Et te matre diem, me patre nomen ha-
Non minor est virtus, quam gignere, red-
dere luci;

Tam tuus est igitur, quam meus iste liber.

4.

Illustri Electori
Dn. JOHANNI GEORGIO,
Duci Saxoniae.

*A*re valens, virtute calens & Marte tremē-
Religione nitens & regione potens. (d^o,
Electo-Saxo, Romani dextera Regni.
Hostibus invicto semper ovamus ei.

5.

Ad M. Andream Merckium Divæ Ha-
lensis Virginis Pastorem.

*M*ercator Christi, pie, facundissime Mercki,
Exponens merces omnipotentis heri,
Lucraris multas Animas tam voce disertâ,
Quâ credam Cœlum sæpè solere loqui.
Tu virtute tuos compellis, ut Hala sub alâ
Numinis eterni tutior esse queat.

6.

Ad Bonaventuram Cottam, J. U. D.

*O*Bonaventura, spes nos tam lenta fatigat,
Ut ventura solô non rear ulla Bona.

7.

In Arlum, Renis vitulini
voratorem.

A 4

Tem

Temporis est Arlus similis: queo dicere quare:
Tempus edax Rerū, } Tēpus & Arlus edax,
Arlus edax Rerū, }

8.

In Clinthium.

Parcens Candelis oleū succendis ad artes.
Effer, an in studiis perdere vis oleum?
Aut an ceu libri docti Demosthenis olim.
Sic debent oleum jam redolere tui?

9.

In taciturnum disputantem.

Si tacuisse fuit virtus, virtutis amicus
In Cathedra semper maximus esse soles.

10.

ANAGRAMMA.

**JULIUS SCALIGER:
ALES VIRGILICUS.**

Ales Virgilicus sis inter habende Poetas:
Inter Philosophos Scaliger alte DEVS.

11.

Amor DEVS.

Noster Amor, noster DEVS est, nam quis-
quid amamus
Alius, hocce DE I sistimus esse locū.

12. Vi-

12.

Vicini sunt speculum.

Ut discas vulgò quod dicunt, Nosce teipsū,
Te contemplaris creber apud Seculum.
Verùm si rectè te vis novisse, quid ajant
Dete vicini tunc speculari prius.

13.

Amor ignis.

*Cum fiet ignis Amor; sursum se surrigit ignis
Ad Calos sursum sic meditetur Amor.*

14.

Ad Johannem Marquardum Ict.

Ut Conviva tuus sim, me Marquarde vocasti;
Districtus veniam jam peto; non veniam.

15.

Ad M. Christophorum Stöltzerum.

Est in te, Stöltzere, superbia nulla reperta,
Etsi Germanà voce superbior es.
Ars tua te meritò poterat fecisse superbum;
Sed tua te virtus non sinit esse levem.

16.

Ad M. Andream Lampium, Theol.

*Andreas Lampi, quò non vigilantior altero
Es speciosa tui Lampas in aede DEI.*

A S

17. 10

17.

*In Album Pauli Stockmanni variis
Amoris imaginibus expolitum.*

Qui te non amat, huc scribat sua nomina
nemo;

Nā tuus hic liber est nil nisi totus Amor.
Quam benè conveniunt Alboq; morantur
in unô (mor.

Certus Amicus, in hoc atq; venustus A-
18.

Bona Conscientia.

*Conscientia Mens Recti speculum fit pectoris,
in quo*

Atq; suam formam conspicit atq; Dei.

19.

In Philautum.

Si vis proximum in actis carpere, carpe
te ipsum.

Nam tu, ceu nosti, proximus ipse tibi es,

20.

Thisbes Rima.

*Pyramus arcanè rimam videt ecce latentem.
Fallor? an hæc Thisbes in cute rima fuit?*

21.

Respexit humiles,

Gratia

Gratia larga Dei fluit haud ad corda su-
perba,

In montes sursum ceu neq; currit Aqua,

22.

Avaritia.

Turpis avarities Idolatria summa est.

Nam quævis nummū Numinis instar habet

23.

Spectate volatilia.

Quò quis fit proprior Cælo, tantò minus
optat;

Sub Jove sicut aves quæ sine messe volant.
Mures, & cultis quæ reptant cætera terris,

Portant in foveas plurima grana suas.
Vilia sunt etenim magis hæc cælo q; remota
Sic mens terrenas vilis acervat opes.

24.

Ad Johannem Olearium SS. Th.D.
Superintend. Halens.

Sanctæ senex, (quis enim sanctum te dicere
nolit

Cujus dando manus dextera penè Dei est)
Si tua facta tibi Cæli comitantur in Aulam,
Dic, quot millenis concomitatus eris ?

25. Ad

25.

Ad M. Sigismundum Evenium Rect.

Omnia scripta tenens, esses omniscius à me
Dicendus, titulus nî foret iste Dei.

26.

Amor non Cœcus.

Sola vides *Thisbe rimã*, quam nemo videbat.
Quod sit, quis poterit dicere, cæcus Amor?

27.

Ad Paulam.

Ceu Lunæ facies igni flammare videtur,
Tâm tamê hæc multû frigiditatis habês:
Sic tuus est vultus radiis & Luce coruscus,
Cum tamen intereà frigida tota fies.

28.

Septimana Militum.

Milles agit Solis, Luna, Martis Veneriâq;
Multos; paucillos sed Iovis ille dies.
Nam sub Sole jacent & Lunâ castra sequentes,
Et Veneris bellum cum meretrice gerunt.
Ille Iovem temnit reprobus; lux rara Saturni
Est aliâ, rarò nam solet esse Satur.

29.

Nix & Nox. (det,

Quamvis ista nigret, quantûvis altera tan-
Sol est ambabus res inimica simul.

Quando suos radios Phoebus jaculatur, utraque
Pellit & absumit; hæc fugit, illa liquet.

30.

Jura silent.

Bartolus opprimitur, sit verò par dolus ipsi:
Et nunc est Balbus, qui modò Baldus erat.

31.

An Somnus imago mortis?

Propter me liceat! Somnus sit mortis imago.
At dormire quidem cum volo, nolo mori.

32.

Nox & Nex.

Nox & Nex parvò sanè discrimine distat:
Cur? in utrisq; (pari spe) quia dormit
(homo.

33.

Ad Lectorem.

Hosce meos versus cur edo? vera fatebor:
Edo pro famâ, pro fame ut ipse edo.

34.

Omnia Mors æquat.

Sarcit calceolos Rex sub Plutone Philippus,
Et fera Diogenis verbera sentit ibi.

Omnia Mors æquat, multi populiq; supbū
Rex caput ad calcem calceolosq; redit.

35. Ita

35.

In Parcum.

DUm majora mihi debes mūscula, dicis;
Omne quod est nimium vertitur in vitiū;
Et minimū donas, nec doni nomine dignū:
Ne fiat nimium vertitur in minimum.

36.

In Papilum.

Imberbis mento, cerebrosa mente superbi;
Mentū non crinem, mens tua crimen habet.
Menti cum mento sed quomodo convenit? ab-
A mento crinis, Papile, mente crisis. (Stat

37.

Anagramma. (e. mut. in i.

SIGISMUNDUS EVENIUS:
MUSIS EGIDIUS HUNNIUS.

COntzeni scenas, per Marcelliꝯ; Trium-
phum (puer;

Protrahis & monstras quā sit uterque
Rasam qui jugulas scriptis calvamque ca-
tervas

Et præstas tutam Religionis opem;
Et qui Gerhardi cogis brevitate labores,
Ut sub egenorum jura venire queant;

Et

Et q̄ maxima plura facis Téplisq; Scholisq;
Ægidius Musis Hunnius esse potes.
Hunni discipul⁹ quondã, nunc Hunni⁹ idẽ,
Quem sub Eveni nos cernimus effigie.

38.

Cornelius.

*SI quis Cornelius me vexat, vertice pronò
Et mutã linguã rem gemebundus ago.
Si quis Cornelius me sup̄ter pectore vexat,
Vexat me solus Cornelius Tacitus.*

39.

Nero.

N Ero Mero, pestis gregis & funeste Ty-
ranne, (eras.
Non modò Cæsar eras, sed quoq; Cæsar

40.

AGRICOLA de Spe.

*DVM me Spes aluit famis astu pœnè perivi.
Spes alit agricolas, plus alit esca tamen.*

41.

Nupta.

N Upta caret sensu; sensus modò nam ca-
piti insunt.

At vir fœmellæ dicitur esse caput,

42. Virgo.

Et

42.

Virgo.

Si vir femella caput est, ut apostolus inquit,
Omninò virgo non habet ergò caput.

43.

*Ad Gabrielem Holsteinium No-
ramontanum Suecum.*

Quos ego cognovi tam multos inter a-
micos

Cum paucis solus tu mihi Suece places.
Rara avis in terris nigroq; simillima cygno
Talis amicus erit, qualis eras, es, eris.

44.

Ad Franciscum Zabelium.

Ipse suis fidibus docuit te psallere phœbus,
Et blandum Musæ te resonare melos:
Scis equitare; loqui Suadæ potes ore ro-
tundo.

Hæc tua laus, dignus sed meliore tamen

45.

Ad Vitum Bremerum.

Vite Bremere, mei non infima portio cordis,
Corpore non magnus, magnus Amore ta-

men ð

Quò

Quò minor es membrũ, tantò conspectior in te
Est Animus, fidus, candidus, innocuus.

46.

Mulieris derivatio.

Dicta fuit Mulier quasi Muliger, hocce notate
Vos derivatum quos gerit Ampla Bonis.
Inservire sibi cogit vos, divitis ergò
Vir Mulieris tu, quid, nisi Mulus, eris?

47.

De Abactore.

Ascendens, Trahe me post te, in scalã in-
quit Abactor;
In furcam Licetor dum trahit hunc laqueo.

48.

Cur servi rarò Boni?

NOstris téporibus cur inveniuntur iniqui
Tàm multi servi, nemo fereq; bonus?
Scilicet haud quisquam vult prodigiosus
haberi;

* Prodigium servus nam solet esse bonus.

49.

* Teste Fausto.

Risus.

PER risum multum debes cognoscere stultum,
Communi Rythmo dicere vulgus amat.

Est

*Est Hominis proprium Ritus quartoq; modorū
Est igitur proprie stultus & omnis homo.*

50.

AD ANNAM.

*A Nna puella, modesta pudica, benigna,
tenella,*

*Dives Amata, virens, casta, fidelis, Amans,
Digna probo, docto, fausto, felice, polito,
Prudenti, lepido, conspicuo q; viro es.*

51.

Deucalion.

*Deucalion sparsit lapides, hominesq; creatur;
Intus & hinc etiā nunc quasi Saxa sumus.*

52.

At Northusium Nob. Reip. Hal. Conf.

*Northusi Patriæ Pater, in quo si tua quisquā
Audit verba, timet, si videt ora, colit.*

53.

Anagramma.

WEIGELIANISMUS.
EVII MALUS GENIUS.

54.

Plures sensus quàm capita.

*Communi verbo si credere fortè jubemur,
Sunt totidem sensus quotquot erunt capita
Sed*

*Sed cuncto capiti sensus sunt quinq; proinde
Plures sunt sensus sic quoq; quam capita.*

55.

Thisbe.

*Q*uod furtivus Amor crudeli sine luatur,
Eritis in exemplum Thisba, prociusq; tuus.

56.

*Ad Semelem combustam Amore
Jovis.*

*H*eu Semele, tristem cinerē te fecit Amator:
Discito non fatuus quod fiet ignis Amoris

57.

*Paulo Robero SS. Th. D. Conciona-
tori aulico Halæ Saxonum.*

*I*n Cathedrâ Sanctum Paulum sacra verba
docentem

Augustinus eum sæpè videre vovet.
Viveret! & compos voti, Robero, fuisset;
Nam Pauli Nomen tu, os Animamque
geris.

58.

*Ad M. Lentzium Halensem
Concionatorem.*

*D*um subeunda doces, Lentzi, cœlestia tempe,
Et prodis flores in Deitatis agrō;

Ver

*Per eris aeternum, Lentzi, tua verba secutus;
Lentzi, ferre p̄ys aurea secla soles.*

59.

*Ad M. Sigismundum Evenium, Re-
ctorem Hal. meum Praeceptorem.*

SI benè apud memorem veteris stat gra-
tia facti,

Dum me vita manet, te memorare volo.

Tu mihi Rector eras, si quicquam scripsero
rectè;

Si vivam rectè, tu mihi Rector eras.

60.

Falsum dogma Horatii.

*M*etire se quemq; suò modulò ac pede verum,
Quamvis non verum, Flacce, sit, esse doces.

61.

Astus Sapientiâ potior.

Hermes centoculū versutus decipit Argū.
A vafro rectè nemo cavere potest.

62.

*In Sigillum Gabrielis Holstenij ima-
ginem moris & Pelicani habens.*

Si quod Epistolum, cordis mea sanctio, scribis
Ultima Mors Rerum linea claudis idem.

195

Hoc ceu de functum nemo quoq; ladere debet.
Ad quos est, vita vim Pelicanus habet:

63.

Multi Phaëtones.

Succendit Phaëton cunctis è partibus orbē,
Se curru Solis stultus ut ipse vehit.
Perdunt hunc mundum flagrantibus igne su-
perbo

Jam multi stulti cum Phaëtonte Duces.

64.

*Ad Philippum Hahn/Consulem
Reipub. Halensis.*

*Excubitor Gallus, venientis praeo diei,
Sedulus officium pervigilando facit.*

*Nec tu, Galle, diu dormis, sed Consule dignas
Suscipis excubias progrege, Loge vigil.*

65.

De Jove & Europâ virgine.

*Jupiter, ut Nympham subducas tergore tauri,
Nunc Amor Ergò Iovem te facit esse Bovem.*

66.

*Ad M. Adamum Hörselium Lu-
cenz Pastorem.*

*Cervi Nomē habens & habens Insignia Cervi
O sis longavus, cervus ut esse solet.*

67. In

67.

In Runcantem.

Nata tibi multos Generos parat una lupādo;
Propterea, Runcans, es generosus homo.

68.

Luna & Proserpina.

Cum Plutone velut senos Proserpina menses
Et tot apud Cererem dicitur esse domi.
Sic & Luna redit crescens sex mensibus Anno
Ad superos, totidem deficiensq; Stygem.

69.

Niobes funera.

Quam niobe subolem bisseptem partu-
bus effert, (dies;
Cum patre, matre, brevis conterit una
Nascimur haud facili tam, quam denasci-
mur hora; (mur.
Nec tam proferimur quam citò conteri-
Matre novem menses, momentum morte
per unum; (mur.
Non tam perficimur quam citò confici-

70.

De Democrita.

Siccus Democritus proprios effodit ocellos,
Ne vani mundi facta videret eis.

Demo-

*Democritum miserum! cecultans aspicit Ethn^o
Qui neq³ luce diem, qui neq³ mente Deum.*

71.

Tumulus Alexandri M.

*Magnus Alexander mundum non amplius
unum,*

Dum vixit, dixit posse sat esse sibi.

*Qui fuit haud uno mundo contentus, in isto
Augusto tumulo nunc jacet atq³ tacet.*

72.

Infernus quomodo pateat.

N Octes atq³ dies patet atri janua Ditis;

Sed patet introitu, non patet illa retro:

Nassa velut pisci semper stat aperta; potestq³

Omnis inire quidē, nullus abire tamen.

73.

In Cornutum quendam.

Q Vi dabit, accipiet Catharina conjugis usum

Tu sumis nummos, hancce sed alter habet

Dum coeunt varij rivales, conjugis istas

Semper amicitias utilitate probas.

74.

Argus & Mercurius Mysticus.

Sicut Mercuri^o necat Argi lumina centum;

Sic Sol, Coeli-oculos sidera, luce sua.

Mâne

Manè no vō semper stellarū plurima turba,
In Coelo quando Sol oritur, moritur,

75.

Ovum & Avis.

Ovum gignit avem; nec aves avis, at parit o-
Ovis mater avis, ovaq; mater avi. (vum.

76.

In Canentem.

Es formosa Canens: idcirco filia noctis:
Nam nox formosam qualibet atra facit,

77.

Morsus.

Apomi Morsu mors est, quem fecit Adamus:
A morsō Christi calce sed orta Salus.

78.

DE GELLIA.

Quā notā nostrā stupravit Sartor in urbe,
Est Caprum, non est Gellia passa virū.

79.

*Ad Galatēam virum monstro-
sum habentem.*

Multa Bovi similis, vocem frontemq; severā
Ac immane caput daptilicamq; gulam
Virtus est, & habes Galatēa tenella maritum
Semivirumq; Bovem, semibovemq; virum.

80

80.

In Clinthium.

Parcens Candelis oleū succendis ad artes,
Effer, an in studiis perdere vis oleum?
Aut an ceu libri docti Demosthenis olim,
Sic debent oleum iam redolere tui?

81.

Ad Martham virginem:

Qui sapit, in gremio gaudet, sapuisse vi-
debor
Hinc, vestro quando gaudeo, Martha,
sinu.

82.

Struthiocamelus & Vespertilio.

Ostentat pennas alter, nequit ille volare:
Sed caret alter eis, iste volare potest.

83.

Rubesco; salva res est.

Disperij. Christi sed quando cruore rubesco,
Salva mihi res est; parva rubore salus.

84.

Problema.

Dicite veridici: nullus cur Masculus in-
ter

B

CORVOS,

Corvos, ceu perhibent, inveniendus adest?

85.

In Vulturum.

Pastor an impostor magis es, Vulture, vocandus,

Qui bona multa doces, sed mala cuncta facis.

86.

Parodia.

Incidit Ancillam qui vult vitare meritam;
Nam cū quā certet Mens pia sēper habet.

87.

In Bibinum.

Si tot vina parant Animos, quot fortē bibuntur,

Supra tunc Animos mille Bibinus habet.

88.

Pomum.

Eva virum mulier pomō decepit Adamū.
Uxorem pomō cepit Acontus item.

89.

Ab VS fit Vocativus per E.

Per E Vocativus fit ab VS? DEVS excipe.
quare? Claudet

Claudet Donati. Regula nulla DEVM.

90.

Cur mare salsum.

Cur mare sit salsum causas si quaritis, in-
quam:

Potarent pisces, si mare dulce, nimis.

91.

Cometa, Anno 1618.

Ceu docet Evētus, Clades sumæ Meta Cometa;
En mera tam tristis stella Duella tulit.

92.

Fortuna.

Non miror quare Fortuna sit aspera, fal-
lax,

Mobilis, inconstans; est etenim mulier.

93.

Eadem.

Fertq̄, refertq̄, pedes Fortuna volubilis er-
rans,

Ad me cœca viam nec reperire potest.

94.

Tria velocia.

Est mala Fama malum quo non velocius
ullum;

B 2

Et



Et duo prætereà, Mors Seniumq; putà.

95.

Satus Germaniæ.

Quicquid delirant Reges, plectuntur Achivi.
Et nunc Germani perpetiuntur idem.

96.

Ignorans arrogans.

Ceu sufflata nequit mergi vesica sub undas,
Verùm sponte suâ profilit illa super;
Sic & inane caput, quod gloria sufflat inanis
Vult etiam summum semper habere locum.

97.

Pauci Munifici.

Qui gratis donant, imitantur ritè Jehovã.
Eheu quã pauci nunc imitantur eũ.

98.

Somnus.

Somnũ, tam multã qui nocte videtur ocellis,
Nĩ clausis oculis nemo videre potest.

99.

Dat census honores.

Nummis conciliatur honor: sum, quando
frequenter

De,

Do, Dominus; quando Do minus haud
Dominus.

100.

Somnium.

Quando sepult^o ego sū mortis imagine Somno.
Mens mea per Somnū prospera multa videt,
Sic in morte meā, dū terrea membra quiescēt,
Lætitiā capiet Mens super astra Dei.
In Somnō mortis solum mea gaudia Christum
Aspiriam, tangam basioliq₃ premam.

101.

Etsi serò.

Circiter undecimam veniens operarius aequè
Cum primis justum par preciumq₃ capit.
En Clemens adeò DEVS est, confide: nec obstat,
Si tua sera fides; sit modò vera fides.

102.

Ad quendam Meccœnatem.

Trade mihi nummos; nummos mihi trade,
nec addo

Fluria verba quidem; cur ita? fortè rogas.
Quicquid præcipies esto brevis, ut citò dicta
Percipiant Animi, carmine Flaccus ait.

103.

B 3

Orpheus

Orpheus & Eva.

*Duxit ab Infernis Orpheus Citharista ma-
ritam;*

Duxit in Infernos Eva marita virum.

104.

Votum pro amicis in itinere.

*Te voco pro binis, Deus, his ardentem amicum,
Ut fausti videant, quem voluere, locum,
Tam salvi redeant, quam discesse, parati
Artes & mores amplificare suos.*

105.

*Dictum de omni & dictum de
nullo, In Uxorium.*

*Est dictum de omni, debere obedire, maritum.
Dictum de nullo, posse domare, viro.*

106.

In Battum.

*Crassus non risit totam (semel excipe) vitam,
Quod tribulos Asinus, Risus, edebat, erat.
Quantum rideret nunc quando, Batte, videret,
Quod libros Asinus edere Batte soles.*

107.

Lothi & Orphei Vxores.

*Lothus, dum conjux respexit, omittit e-
andem; Respi-*

Respiciens Orpheus perdit & ipse suã
Illa perit, quando jam fertur ab igne Go-
morrhæ;

Ista perit, quando fertur ab igne stygis.

108.

Platonis doctrina.

*Esse immortales Animas cum Plato doceret,
Ut vivant Anima se necuere patres.*

*Perditis heu Animas, heu, Patres, morte pe-
renni,*

Dum vultis posthac vivere sic animas.

109.

In R. Methodum.

Omnē stultitiã scripto si laudat Erasmi,
Tunc certè Methodum laudat & ipse
tuam.

110.

In Schvveinhardum.

*Ad me quando venis, dormisq₃, cacasq₃, vo-
misq₃,*

In tribus his curis maxima cura tua est.

111.

In Michaëlem Scholasticum.

B 4

Ille

Ille nihil tractat præterquam verberat A-
num
Et docti Prisci, discipuliq; sui.

112.

In cantorem Octavum.

Collega quoties is obvius, incipis ultrò
Dotes ingenij percelebrare tui (Magnò!
Parvus homo, veruntamen heu quàm Morio
Cantor in Octavâ, stultus es in foliò.

113.

In quendam Avarum.

Sorde mori malens, Animam quàm perde-
re nummum;
Es parcus poreus; dives - Avarus - egens.

114.

In Granferum.

Vt flerent oculos docuisti; more puellæ,
Quoq; cupis, ploras tempore, quoq;
modo.

115.

In Calefactorem.

Cum quâ Calfacias furcam tibi ferre neces-
se est.
Te possum meritò dicere Furciferum.

117.

116.

An seni Vxor ducenda?

Estne seni conjux ducenda? Senex puer
est bis:

Jam puer uxorem nullus habere solet.

117.

Ad Lectorem.

*SI mea displiceant, prescivi tale futurum:
Carmina si placeant, spem superavit o-
pius.*

118.

M. SICABELIZO FRANCO
P. L.

FRancus non nequit quasi mortuus esse
videri,

Dū malè militiæ fauciat huncce cohors.
Desperant Medici, Chirurgus & omnis
acervus,

Et trepidant jam jam flebile funus agi.
Quare vivis adhuc tamen & sic, France,
valescis?

Scilicet impediit solus Apollo mori.

FINIS.

B 5

TIMOTHEI POLI
EPIGRAM-
MATVM


Liber Secundus.

AD
*Magnificos & Nobilissi-
mos &c. VIROS*

Dn. Dn.
PHILIPPUM- JACOBUM
à Seebach

&
JOHAN- GEORGIUM
à Seebach,

Hereditarios in Grossen Jahner &c.
Patrem & Filium.



ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ.

ANNO M. DC. XXVIII.

Super Epigrammata
DOCTISSIMI DN. TI-
MOTHEI POLI AMICI
sui oculissimi.

I.

*Non miror quare sint hac tã dulcia metra:
Nam non fecit homo, sed dedit ipse
POLVS.*

F.

Argentina

Vitus Bremer.

Poëtæ Nobili

*Literatissimo ac Politissimo DN. TIMOTHEO
POLO, Amico suo ævum observando.*

II.

Φ *θευγομένε ΔημοσδένεΘι δαπανᾶν τὸ
ἔλαιον*

Αυτῆς Ρητορικῆς εὖ περιγινόμεθα.

Τοῦτό ποτε οἶνε ἔλαιον ἔτασὺ πλέον δαπάνησας

εἰς κομιλίσσεν Παιθῶν ὄφρα τύχης,

Παιθῶ ἔτα ἔτυχες, Παιθῶν δεδμημένῶ οἷσιν

εἰς βίβλω σμικρῇ δίσιχ καλὰ γράφης

B

6

Μυελάν

Μυελὸν εἰν ἐπιγράμμασι καὶ ἀναγράμμασι δῶ-
κας

Ως αὐτῆ Πειθῶ γράφεν ἐκείνα ἔστι.

Ευνοίας καὶ φιλαδελφίας
χάριν

S. Argentina

Gabriel Holstenius, Noræ-
montanus Suecus.

III.

Tύρανθ' ὡς μύθευ πιθανῆ ἔνεκεν Θεόφρα-
στῶ.

Κέκληται δῆμω, δεῖα ἀπαντα λέγων.

Ως αὐτῶς καὶ μεῖο Πόλον καλέσω Θεόφραστον

Θείοις γὰρ μέλεσιν, ἔστιν ἀοιδόπολθ'.

Honoris & amicitia gratiâ ap-
ponebam Argentorati.

Franciscus Zobelius Leobur-
gensis Saxo,

NOBI

1.

NOBILISSIMIS
Dominis

Philippo - Jacobo à Seebach

&

Johanni - Georgio à Seebach.

ET Pater & Fili, generosa gentis uterq;
Laus iterumq; tua, lux iterumq; tua;
Quod Patris est, etiam Nato debetur, ut aequū:
Hinc liber ambobus, dum datur, ille datur:
Sed rogat obnixè vos pagina prima vicissim,
Ut favor amborum me regat atq; tegat.

2.

Ad Zoilum.

ZOile, te timidus valdè rogat iste libell^o:
Ne sese inspicias, Zoile, néve legas.

3.

Vitra, Vita, Via.

SCinde prius liquidã, de vitris vita resurget;
Cum liquidã mutam tolle deinde, Via.
Vitreus omnis homo, totus nisi nilq; Viator:
Ceu vitra destruitur, ceu via vita gravat.

B 7

Nativitas

4.

Nativitas Christi.

Per sua Salvator similis Natalia factus
Et De^o est homini, nos hominesq; Deo.
Nascitur Augusti pacati tempore Christ^o,
Ut sub pace Deo concilietur homo.
Sub ditione ducis peregrini nascitur ille,
Nam non de mundo Regna fuere DEI-
nascitur in noctu tenebrosâ; nēpè lucerna,
Quæ tenebras mundi perpete lucē fugat.
In stabulo juxta pecudes a sinumq; Bovēq;
Nascitur & fit homo maxim^o ille Deus;
Ut sic terrigenis parib^o per crimina brutis
Pristinus amissus restituatur honor.

5.

Mors ultima linea rerum. In Bassum.

Dum te suspendēt, tua Mors quit linea dici;
Restis enim te, seu linea, Basse, necat.

6.

Baptismus Clavis Cœli.

In Christi Baptismo pandebatur olymp^o.
Baptismo nobis hic aperitur item.

7.

Baptismus, diluvium.

Diluvium

Diluvium Baptismus spirituale sacratus,
In quo peccati mergitur ampla caro.
Cor est arca Noë, Corvus Satan evolat, & mox
Spiritus æthereus, Sancta Columba, redit.

8.

In Labienum.

Non habet auriculas Asini Labienus
ineptus:
Auriculas Midæ sed Labienus habet.

9.

In Iohannem Rosarium.

Uxor manè thoro surgit & excitat omnes.
Est (Deus avertat!) Lucifer ista domus.

10.

Christus hominem.

ÆGrotum Medicus, captumq; redem-
tor; hiulcum
Semita; damnatum querit & ipsa salus.

11.

Homo Humus.

Ex terrâ nascor, de terra vescor & escor;
In terram solvor; nil homo præter humum.

12.

Ad

12.

Ad Gabrielem Holstenium Noramontanum Suecum.

Lætari similem simili, pie Suece, probasti:
Ceu tu magnus homo, sic tua magna fides.

13.

Beati qui non vident.

*Christi visibilis presentia tollitur. Is qui
Non videt at credit namq₃ beatus erit.*

14.

De seipso ad Mecœnates.

UT versus faceret, paup^{ta}s impulit ipsū;
Ne faciat plures, ditificate Polum.

15.

Ad quendam sibi & mihi notum.

Testudo lugeto. Musica cuncta doleto;
Cujusdam digiti nam cecidère duo.

*Cujusdam, qui vos tractabat ut alter Apollo,
Testudo luge, Musica cuncta dole.*

16.

Ecclesia.

Cujus in his terris non est Ecclesia mater,
In Cœlis Patrem nescit habere Deū.

17.

Est pia Virtus, si Christo dat cū prece virtus,
Nec potuit majus sacrificare Magus.

18.

Oratio.

Est iter in Cœlos Oratio, verus & est pes,
Quo nos quottidiè currimus ante Deū.

19.

Ad Polycarpum Lyserum SS. Th. D. &
Prof. p. Lipsiæ.

*Es Pater Invidiæ meritò, Polycarpe, vocādus:
Invidiam virtus nam generare solet.*

20.

In Pennalem.

Tu Peñalis homo nō es, sed putre cadaver;
Nam nihil in toto corpore cordis habes.
Tu Peñalis homo nō es, sed putre cadaver;
Nam vermes intus, ceuq; cadaver habes.

21.

Quomodo orandum.

*Ecce cubile cor est; hoc ingrediari oportet,
Ad Christum quando vota precesq; facis.
Ostiolò clausò fac, ne cor forsitan intret
Vllius humana cognita cura rei.*

22.

Angeli alti.

ALis pinguntur Genii, ne posse volare
Hos ad præstandā nos dubitem⁹ opem.

23.

Ad Georgium Rittershusium.

Est sat, si, Rittershusi, sis patris ad ungués
Esse tuo major nam patre nemo potest.

24.

Insidiæ Diaboli.

*Discipulum Christi Iudam qui pluto fefellit,
Discipulos mundi fallere non poterit?*

25.

In Aulum.

Est à manādo man^o Aule, vocata: sed Aule
A quā nil manat est tua sicca manus.
In quā cuncta manēt, nil manat, jure pro-
fectò

Non à manando, dicta manēdo manus.

26.

Bellum pace probabilius.

*Qui caret hoste caret bello, per bella triūphus;
At nemo, qui non belligerat, superat.
At qui non superat, non accipit ille coronam.
Est igitur bellum pace probabilius.*

27.

Zoilo.

Te perdāt Superi, si tangas huncce libellū,
Zoile, non vult abs te liber iste legi.

28.

Regula vitæ.

*IN totâ vitâ vivas affabilis omni,
Trux nullò; multum dilige, fide parum.
Ante Deum Sanctus, tibi castus, honesto amico,
Candidus ore, pius pectore, veste decens.*

29.

Tria præterita.

*Amissum tempus, commissum crimen, omisum
Rectum, cum lacrymis hæc tria sepè dole.*

30.

Extemporarii.

*Multi quãdo suos versus, ex tempore scripsi,
Excusare volunt, dicere sepè solent.
Sed lector meritò nil talia suspicit: & non
Quàm citò vel lentè; quàm benè scripta
videt.*

31.

Suspirium.

*Sancte Deus manda quod vis, & pface mecum.
Da mihi nosse bonum, da mihi posse simul.*

32.

Lipsius & Lipsia.

*Non multum distant Vrbs Lipsia, Lipsius Autor;
Moribus ista nitet, sed micat ille stylò.*

Hæc

*Hæc urbes inter DEA, sed Deus ille virorum.
Multas hæc libras ventilat, ille libros.*

33.

Tria Futura.

*Parcius ut pecces tria tecum nosce futura;
Infernum, mortem, iudiciumq; DEI.*

34.

*Ad M. Lucam Rudolphi apud D. Maur.
Hal. Past. Medicum.*

*Evangellistam, Luca, sectaris utrinq;
Lucam, qui Pastor, qui Medicusq; fuit.
Maeste valens! Animã sanam cū corpore sanõ
Herbis & verbis tu retinere potes.*

35.

Nusquam tutum.

*O quàm difficilis planè res, posse beari.
Tutus & à lapsu non locus ullus adest.
Heu non Cœlum, non Paradisus! Adamus
in illo,
Angelus aũt istõ Lucifer ipse cadit.*

36.

Quid est homo?

*NAsceris ex terrã, pudeat te: vivis in orbe,
Defle; te captant Tartara nigra, treme.*

37.

Voluptas.

Voluptas.

Quid tibi conducit carnis brevis illa vo-
luptas,

Si perpes luctus morsq; sequatur eam?

38.

Colores Christianorum.

*Sū ruber aspers^o crucis & de sanguine Christi:
Candidus, indutus iustitiæ tunicâ.*

39.

In obscuros Antiquarios.

Quàm turbet lymphas, potat non antè
Camelus:

Sic amat obscurum plurima turba stylū.

40.

Crux.

Dic nobis: quid crux est aut afflictio iusti?

Ex dulci dextrâ dura sagitta Dei.

41.

Peccatum.

Peccati peramās Satanae gener esse laborat:

Peccatum Satanae filia namq; fuit.

42.

Sic vos non vobis.

*Luna suum Lumen, quod habet de Sole, dat
orbi:*

Sic debes aliis, quæ tibi Iova dedit.

43.

In Iacobum Equitem.

Custodem leporum si te, Iacobe, creassent,
Factum ex Argentô Cantharum ut ab-
stuleras.

Tunc ego præteriens, potuissim dicere,
Furcam:

Pendet in hac Furcâ q̄ modò Reiter erat.

44.

In Scabiosum Classis quartæ primum.

*Occupat extremum scabies. tu classe sed autē
In quartâ primus cur scabiosus eras?*

*Occupat & primū Scabies? eeu cōspicor in te,
Ultimus & primus sunt in honore pares.*

45.

In Lehmannum mendacem.

Veridicum verbum cuius non ivit ab ore;
Tu cum Pilato quærere jure potes,
Quid est veritas?

46.

In eundem.

Mendacem semper memorem decet esse,
sed ohe,

Tu plus mētiris quàm memor esse potes.

47.

47.

Der grobe Hans.

Cum charâ Clarâ sibi suscipit ille donatâ,
Ut tumidus videat quàm sit inane caput.
Nô donatus erat, sed erat mittend° Afell°,
In quô ceu speculô cernere se poterat.

48.

In Vogelianum.

*Nemo mortalis rectè sapit omnibus horis :
Tu nunquam rectè, Vogeliane, sapis.*

49.

In Eundem.

Ut vates cecinit; semel insanivim° omnes :
Insanus semper non semel esse soles.

50.

De Chymicô in Viperium

(Ripper)

*Chymicus ex aurô nil, tu nihilô facis aurum ;
De Cuprô Argentum, credere quando piû est.*

51.

Vitales.

Nos sum° in vitâ ceu navi nauta ppinquat
Littus is ad summum sive stet aut sedeat.
Sic homo fit ppior morti nolêsq; volêsq; ;
Stans, vigilans, cûbens aut aliud faciens.

52.

In partu dolor.

*Ante puer partum matri fit pondus onustum:
In partu sicut vipera rumpit eam.*

53.

Etymon Manus & Capitis.

*Est à manādo man^o, hinc digiti q̄ a manāt:
Dicitur &, sensū quod capit, inde caput.*

54.

Virtus post nummos.

*Vt te promoveant solvenda pecunia primum.
Quarendus non est arte sed ere favor.*

55.

Homo Humus.

*Terrā gestam^o, terram gustamus, & imus;
Et fimus Fimus, Limus Humusq̄; sumus.*

56.

Ad Martham.

P Ande, Martha, Sororiantiores,
Ambas marmoreas rotundulasq̄;
Martha, pande mihi tuas papillas.
Servari strophio necesse non est
In se tam solidas & horridillas.
At ô turgidulæ truces papillæ
Si vos aspicio bibo venenum.

57.

57.

Diuturna vita.

*Vivere velle diu nihil est nisi velle dolere,
Es precare diu velle, patique diu.*

58.

Mel non sine felle.

*Christus in Infernum prius, inde revisit
olympum:*

Sic crucis Infernus nos tenet ante polū.

59.

Ad Christum.

*Me, quando pugno, rege; quando vinco, coro-
Atq; coronatū me super astra loca. (na.*

60.

Angelus Nativitatis Christi præco.

*Angelus edixit præco Natalia Christi;
Hæc nam mortali res nequit ore cani.*

61.

Hic jacet in præsepiō.

O cibus ô Anima! Deus in præsepe locatur,

Qui cibus, ac Anima pabula vera mea.

ô præsepe! Dei præsepe! lubentius ex te

Auri quàm patina carpitur esca mihi.

62.

In Viperium (Wipper.)

C

Ex

Ex Aurô, pòst Argentô, pòst ære coruscô,
Denique de ferrô secula facta patent.
Secula sunt quatuor, nec plura. Sed addis
id unum

Atq; rubris nummis Cuprea secla facis.

63.

In Pellionem.

*Pellio discipulos habet. Hos docet. Ipse sed
unam*

*Non etiam micam mentis & artis habet.
Quomodo discipulos ergò docet? hisce nocendo.
Nam (vetus est verbum) qui nocet ille docet.*

64.

Necanda caro ut vivas.

IN cuius vitâ morietur Adamus; in hujus
Morte Deus Christus tûc redivivus erit.

65.

Bona Respublica.

*Optima Civilis Respublica dicitur ista
Qua benè fit q̄ Bonis, quâ malè fit q̄ malis.*

66.

Dum pugnare jubet nos omnia cætera
contra

Crimina, cum magna sedulitate monēs,
Cum scortis & adulterio tantummodo Paul^o
Nō pugnare quidē, sed *dare terga jubet.

*Thes. 4. cap. In

67.

In Cruce.

*P*andi, dum Stephanus lapidatur, cernit O-
lympum.

Se Deus ostendit sub cruce quando sumus.

68.

Athenienses olim. (nis.

*O*tia qui sequitur capitis damnatur Athe-
Est odiosus homo desidiosus homo.

69.

Mors.

*N*on tam denascor q̄ carnis morte renascor.
Principium vite Mors melioris habet.

70.

De Romulo.

*P*otabat parcè mera vina Quirinus. Ita o-
Si biberet, vinū vile fit, unus ait. (mnes
Immò foret charum, biberent sic, Romu-
lus inquit.

Cur? tantū, quantū sat volo, namq; bibo.

71.

Vita, Via.

*H*ec iter & via vita volās est; omnibus horis
Transimus, partē transigimusque bonam.

72.

De quodam Pratore & Rusticō.

C 2

Prato-

Prætori, vestrâ vaccâ mea vacca peremit,
Fert quidâ. Solvas hâc mihi, prætor ait,
Lex est. mox, Tua vacca meam, sed ut in-
cipit idem;

Respondet Prætor: casus hic est alius.

73.

Cultus mundi.

*Qui colit hunc mundum, contemnit Regna
Nâ servire potest nemo duob⁹ heris. (Iehova.*

74.

In Battum,

Non malè, Batte, places mihi. nam tibi
crimina fœda

Omnia sunt virtus, & nihil est vitium.

75.

Memento.

*Cunctis momentis tecum reminiscere mortis;
Cunctis momentis insidiatur enim.*

*Quosque dies extremum judiciale memento;
De ratio fiet queisque diebus enim.*

76.

Nostra justitia.

(stis,

Nostræ justitiæ res si est ceu sordida ve-
Heu quàm injustitiæ sordida vestis

77.

(erit!

Mirari non Rirari.

Se

*Se Mens, qua secreta Dei rimatur, obumbrat;
Ceu facies, Solem si speculatur, hebet.*

78.

(VUS;

Quando sum inutilis, si feci singula, ser-
Eheu, nil quando fecero, qualis ero?

79.

Pictura Veneris.

*Cur Venerē subter Testudine pinxit Apelles?
Sicut Testudo virgo lateto domi.*

80.

In morbō ad Deum.

(illi

Morbō macra caro mea Iesu flaccet. at
Luce sub extremā tu revirere dabis.

81.

Esse Deum quælibet herba notat.

*Ut Solis faciem vitreis speculamur in undis,
Sic est discendus per sua facta Deus.*

82.

In Aditas.

In templum nudi sine vestibus itis Aditæ,
Ante suum lapsum sicut Adamus erat.
Este simul mundi ceu nudi. Sicut Adamus,
Dum sine veste fuit, tunc sine labe fuit.

83.

Votum.

*Qui das ut quæram, des ut reperire potissim;
Qui facis ut poscam, fac ut accipiam.*

Se

*Qui pulsare jubes, etiam jubeas aperiri;
Dans mihi velle Deus, da quoque posse mihi.*

84.

Aliud.

Dum vixi, mecum peccatū vixit in orbe.
Mecū, cum moriar, da moriatur idem.

85.

Ad Christum Confessio.

Ager ego, damnatus ego, peccator ego sum,
Fili Christe Dei, commiserere mei.

86.

Vita Via.

Ecce Viatores in mundo degimus; ergo
Nō op^o ut magnas multiplicem^o opes.
Auro collectæ quid prodest sarcina Gazæ?
Omne Viatorem grande retardat onus.

87.

Optimarum filia pessimæ matrum.

Invidiam virtus, & conversatio gignit
Contemptum, veri vis odiumque parit.

Triga triū Matrū turpes creat optima Natas:
Tres tanquam furias tres peperere Deæ.

88.

Quorsum.

Tricarū plen^o mund^o, nec semita tuta est.
Ah miser ah miser has quomodo trās-
fugiam? Epi-

89.

Epigrammata. (sunto,

Non, ceu longa solent farcimina, carmina
Quae nauset Lector cernere, scribere ego.

90.

Duobus nil invium.

Invia virtuti nulla est via, teste Sibyllâ;
Insuper & morti est invia nulla via.

91.

In Taciturnum disputatorem.

Respondere volens verbū non exprimis ullum
Hos contra, qui tunc opposuere tibi.

Credo, ne reddas fortassis litibus ansam,
Propterea linguam malle tacere tuam.

Qui tacet, omnino si consentire videtur,
Non tibi consensus, sed tibi sensus abest.

92.

Delectat Novitas.

Delectat novitas, veluti proverbialia dicunt.
Delectat mundus, sit licet ille vetus.

93.

In Fucatam.

O formosa nimis fuco, ne crede colori,
Ollis fictilibus quem tibi coxit anus.

Quae fragili testâ formam complecteris, eheu!
Est tua quam verè Forma Bonum fragile.

C. 4

In

94.

In Speculatricem.

Inspicis in Speculū per totū pœnē dierum
Atque tibi mirā sic ratione places.
Nō sic semper erit! miseriq; deinde fruētur
SPE, CULUM linquent, si lubet inspicere.

95.

Ad M. CASPARUM BRÜLOVIUM,
Argent. Prof. P.

Fama Malū quo nō, & cetera. culte Brütovi,
Est tua Fama Bonū, nō tua Fama malum.
Fama Bonum, quo non dilatatus ullum
Est tua Fama; Malum, qui negat ista, meret.

96.

VESTES.

Vestes sunt Testes peccati. prim^o Adamus
Tunc sine veste fuit, dum sine labe fuit.

97.

Virgo.

Corpus ego simplex, Elementū dulcis Amoris.
Ignis ego juvenum semper ad alta volo.

98.

Marita.

Corpus ego mixtum cum conjuge. desu-
per ergo
Ignea sœpè domi ceu meteora tono.

In

99.

In quæstorem Fœneratorem.

Aquæstu quæstor si est, es verissimus unus;
Omnia qui quæstu fœnoribusque rapis.

100.

In Eundem, Machum.

Es turpi quæstu quæstor, quærêdo lupasq;
Usuræ & Suris nocte dieque studes.

101.

In Brutum.

Brute, tuas vaccas per Camiteria pascis,
Hic ubi Sanctorũ membra sepulta jacent.
Si tibi metiri simili pede turba laboret,
Inter tu vaccas contumulandus eris.

102.

Epitaphium Pauperis cujusdam.

Omnib⁹ ignot⁹ recubas hîc atq; relictus:
Sed si te novit Christ⁹ habetq;, sat est.

103.

In vanum Lectorem.

Nocte dieq; legis quanquã sine fruge. vocem⁹
Te posthac recto nomine Legitimum.

104.

In Ludimagistrum Lusorem.

Exactè nosti lusus. quoscunque rogaris:
Plusquã perfectus Ludimagister eris.

C S

In

In

105.

In Triparcum, (mandis

Quando Calcographo sua debita posco, re-
Quāti cōstiterit Fœmina, Taurus, Equus.
Dicis & invito facta. Sed antè probasti.
Semper os invitus si fuat aris opus.

106.

In Picem.

Wittenbergensem Sutorē plebe coarctus,
E templō Spōfos quæ videt ire novos,
Fortuito tango. quid tangā, murmurat ille.
Dicere si verum debeo, Tango picem.

107.

Nuptiis GEORGII TIMPLERI
ad Sponsam.

Si quocunq; latent pisces in gurgite, certè
Sponsus-Gurges erit non sine pisce tuus.
Sponsa tui piscem cape gurgitis; ille libenter
Capturit ipse tibi se, cape, Sponsa cape.

Ad Sponsum.

Rebus in angustiis appare fortis. habēti
Rem angustam Sponsæ sic celebran-
dus eris. * Horat. lib. 2, od. 10.

108.

Filius.

Appellant Gnatum virtutem Patris (honestū
Hoc tam nequaquā Filia Nomen habet)

*In via virtuti non est via: sæpè quamobrem
Gnatis Agricola Caesaris Aula patet.*

109.

Filia.

*Filia delictum, sed filius ardua virtus,
Filia delictum, teste Platone, Patris.
Filius est virtus; virtus est nulla maligna;
At est nonnullum delictum vitium.*

110.

Conjunctio utriusque Sexus.

*Virtus utilis est & delicta sunt dulces,
Filius est virtus, Filia delictum.*

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.
Hoc est, qui Natas filiolosque facit.*

111.

Vexatio docet: ad Sponsam.

*Vexa, Spōse (docet vexatio) nocte futurā
Sponsam; sic doctam, cras ubi surget,*

112.

(habet.

Iocus, de Annā vetulā.

*Ut perhibet Naso, senibus venit usus ab an-
Idcirco res est utilis Anna Senex. (nis;*

113.

Ad Annam VVernerī Sponsam.

*Ceu de Wernerō Wenera marita vocaris
Atq; tui nomen conjugis uxor habes.*

C 6

An

An ratione pari sic Anna vocaris ab Annō.
Et simul est Annus Spōsus, ô Anna tuus?
Si sic; viginti (Wernerum præter) habebis
Jam Sponfos. Annula nam tot ha-
II4. (bes.

ANNA. Ad Sponsum.

Noctu quādo Venus pascit te, Māna fit Anna;
Quando repascetur Anna fit Agna tibi.
Manna cibus dulcis; mitis pecus Agna; sed Anna
Bella puella. procus singula solus habes.
In vestrō pastu contrā fidentior ibit
Agnā parata pati Salmuthicam scuticam.

II5.

Ad eundem.

Quando dabat medium digitum gens
prisca, putabat,
Sic hominē nihili posthabituq; fore;
At tua Spōsa putat fore se mox inde maritā
Felicem, quando das medium digitum.

II6.

Anna Vxor.

Q Veritur Anna puella modò cur facta sit u-
In promptu caussa est, delitiosa fuit. (xor?
Quæris adhuc semel? est in promptu caussa vi-
Carnis virginæ desidiosa fuit. (cissim;
Quæris adhuc semel? est in promptu caussa vi-
Segrex perpetuò nemo cubare potest. (cissim.

117.

Paries.

Tunc tua res agitur; paries, cum proximus ardet;

Vulgus communi dicere voce solet.
Sed falsum puto quod paries cum proximus ardet,

Quin paries potius sueta coisse viro.
Tūc tua res agitur, lect^o cū nocte crepabit:
Et paries, postquam sic tua res agitur.

118.

M. ADAMO STOCKMANNO, Pastori
Leostadiano tertium Sponso.

*Omnis Tertietas cum sit perfecta, probamus
Valde Conjugij tertia vota tui.*

*Ac ut nunc perfecta sinat, quia Tertia, Trinus
Perfectusq; Deus saepe rogandus erit.*

119.

Vxor Atlas, ad eundem.

Vir multum Reverēde, Polus ne corruat,
Suffulcire suis dicitur Atlas eū. (ulnis
Tu Sol es; stellæ Soboles; Cœlum domus:

Uxor,

Ne ruat ipsa, domus instar Atlantis erit.

120.

Ad Eundem.

C

7

ES

*Est caput Vxoris vir. Fœmina costa mariti
Et caro. Sed vobis desit utrique suum.
Nubitis ergò simul, Stockmanne, tuamq; re-
ceptas*

Tu costam & carnem. Sed caput illa suum.

121.

Ad Eundem. (idem.

*Plus Deus ipse tibi reddit, quàm surripit
Ille duas rapuit, tres dedit ille viras.*

122.

Eidem.

*Non Homo Solus erit, veteri Deus inquit
O Adame, Deus nūc tibi dicit idē. (Adamo:*

123.

Eidem votum.

*Fas optare mihi si sit, Tu conjugis hujus
Non obitū videas, opto, nec illa tuum.*

124

Eidem votum Retrogradum.

*Artem ausa det Iesus ei tede sua metra,
Omina si verè vivere vis animo.*

125.

Ad eundem Iocus Traulicus.

*Qui tres Uxores tibi, vir Reverende, ju-
gasti, (cipium;
Quarum à * MA capiunt Nomina prin-
Ma-*

Ma-Ma-Ma-Matres-tres, & Ma-Ma-tres
Ma-Maritæ;

Ter cum prole tuâ traulificare potes.

* 1. Maria. 2. Margarita. 3. Magdalena.

126.

Dulcius ex ipsô, &c.

Ne qui vina bibis, Nasoni crede, quod ulla
Dulcius ex ipsô Fonte bibantur Aqua.

127.

Vinum Cornutum.

A bibitis vinis * pauper cū cornua sumat,
Pauper Depositor, vina Beanus erunt.
* Teste Ovidiô.

128.

Papatus Cœlibatus.

Legitimum sacris expellit Papa maritum.

Denotet ut spuria se Meretricis herum.

Vxorem parochis meretrix Ecclesia damnat,

Vt sit heræ similis servus adulter item.

Conjugij vinclo necti qui Papa recusat,

Debuerat necti carnificis laqueo.

129.

Aliter.

Nubere dum prohibet, mæchari Papa fre-
quentat. (erit.

Non * Popa-Papa Procus, sed puto Forcus

* Popa pro heluone. Pers.

130.

Nuptiis GEORGII TIMPLERI, cum
Mariâ Stockmannâ.

*Dixerat Euripides: Mala vipera cuncta no-
verca.*

Optima privignis dura fit; alter ait.

*Hactenus est verum. nunc cum Stockmanna
noverca est,*

In tumultu mendax audiet Euripides:

Natis Timpleri Stockmannâ coarguet ipsum.

Viveret! hic ultrò nunc revocaret ei.

131.

Eisdem.

*Natis, Stockmanni me repperietis in ade,
Vxor Timpleri dixit & occubuit.*

132.

Iterum.

(morari

Digna fuit cœlis, sed & amplius orbe

Uxor Timpleri, quam cecidisse putât.

*Non cecidit; verùm Deus hanc gemina-
vit, ut vnus*

Sit Typus in cœlis, alter in orbe simul.

Nomine mutatâ, virtute Georgus eandẽ

Divisam uxore, cum Jove Pastor habet.

133.

MARIA STOCKMANNA:

MARI

MARI COSTA, MANNA.
MARI CASTO MANNA.

Anagramma Sponsi.

GEORGIUS: JO GURGES.

*Nomine tam gurges, quam de cognomine
Gurges;*

*Gurges non secus ac si mare detur ibi. (dem
Nō Mare? tota Mariā magis, vult Gurges ean-
Hanc-homo, sicut aqua Gurges Amare mare.
Gurgitibus scateas pufis ô prole Mariā
Tot, quot arenosis Gurgitibus Maria.*

134.

Alludium in Nomina Spons. eorundem.

*Einem Stoß man außleschen wolt/
Enzündt von Venus Flammen /
Drumb man mit ihm zum Zimpel trollt /
Vnd thät sie beyd zusammen :
Der Zimpel bald außlescht in Brande /
Die Flamm must vnterligen /
Wils Gott/ weñ sich neun Mond gewandt /
Wird man die Kohlen wiegen.*

135.

Iterum iisdem.

*Narcissus puer ardebat de gurgite formam
Restaurare suam, dum moreretur ibi,
Quò fuit iste miser, Stockmanna beatior in
Gurgitis ab quoties se reparabit ope! (se,*

Et iterum iisdem.

Exemp'ar benè-sedulæ Rebeccæ
 In domô patriâ pecu cibatrix
 Et nectrix ovium sitis puella
 Timp' erum sequitur Deo propinquum
 In sedes alias procum Marilla,
 Castô turture castior Marilla,
 Ut posthac ea turturem maritum
 Provocans, pipiensque papillansque
 Et luctâ meliore collabelians
 Sanctâ mordeat assilitione,
 Ac sortem patiatur utriusque
 Fati cum sociô sui cubilis
 Seu Fors rideat aut tonent procellæ.

Summe Rex hominum paterq; Divûm
 Benignissime, fons Amoris idem
 Perpetissime perpetissimorum,
 Da Nuptis, pater, his novis utrinque,
 Ut pergant veluti piæ columbæ
 Insignes in amore, pullulentque
 Pusillos geminilla Gurgitillos
 Theri pignora formulasque matris.

Papa quomodo Iupiter?

*Ut plus credamus Papam de gente Deorum,
 Consimilemque Iovis esse putemus eum,*

*Pulchras Vxores alienas atque puellas
Sicut Gentilis Iuppiter ecce stuprat.*

— 138.

Delectat Brevitas.

Plebs ait : oblectat Brevitas. tua Sponsa
negabit. (voles.

Sponse tuum produc quando placere

139.

Ad viduum, ex Audoëno imit.

Si, quantum valeat res, amittendo sciatur,

Tu scis quid valeat fida Marita viro.

Si quantum valeat res cuncta carendo patefcatur,

Quid valeant nummi, sat mihi credo patet.

140.

Ad Sponsam nubentem viduo.

Cur nubis viduo? Quod Solus, Fœmina
quantum

Fida Bonū sit, quem fors viduat, videat.

141.

Ad Convivas.

Hinc absens, jaceo tamē ad precordia vestra

Quomodo, nescitis? pauper ubiq₃ jacet.

142.

An Amor ex aspectū? (quit.

Vulgi grex, Amor ex aspectu nascitur, in-

Sed qui nō vidit non amet ille Deum?

Grande

Grande crumena videt mea rarò, semper
amavit

Æs tamen ardenti speque fideque pari.
Nummum magnus Amor, possessio rara:
crumenæ (mor.

Hos puto combussit, cum fiet ignis, A-

143.

Aliter.

*Ex aspectu si fit Amor, qui nocte puella
Sponsam amet, in tenebris quem nequit*

144.

(aspicere?)

Ebrietas opera recludit.

Κλεισὰ μέθη μὲν ἀνοίγει. ἀνοίγεις κλεισὰ βιαίως
Νυμφίς σῆς νύμφης. εἰπέ σύ, ἐσσι μέθη;

*Ebrietas recludit operta: recludis operta
Sponse tuæ Spōsæ. dic, an es ebrietas?*

145.

Logogriphus. Hospes.

*Qui veniet totus se distrahet & ressecabit
Ipse suū (a) caput, hinc os ut habere queat.*

Anterior Mensæ sit, sed pars ultima currit:

(b) Dimidius saltat dimidiusque bibit.

(a) Aufer H. init. sit Os pes.

(b) Os bibit, pes saltat.

146.

Aliter.

(a) Sex

(a) Sex epulatur. edunt & eunt hinc (b)
quinque seorsim;

Solantur (c) quatuor; (d) stant tria; (e)
bina sonant.

(a) Hospes. (b) Os pes. (c) Spes. (d) Pes. (e) as.

147.

SALTUS.

Totum non rarò damnāt, sed divide. primò
Excolitur cibus & posteriore DEUS.

SALTVS.

148.

Grammaticum.

Quis, ut magna Facultatum substantia
major

Progignatur, inest rara Dativa manus,
Substantivum cum Substantivo Genitivo
Casu jungitur; hi dicere jure queunt.

149.

Logicum.

Est quædã mulier varium Conversio simplex;

Est quoddã *variũ mulier

Vix convertibilis Fœmina prava tamen.

(*Virg. 4. Æneid. varium & mutabi-
le semper Fœmina.)

150.

Rhetoricum.

Si

Sex

SI pars Rhetorices est nō-Invētio, Rhetor
Sum:quoties quæro tūc nihil invenio.

151.

Arithmeticum & Geometricum.

In loculumné meum Numerus cadit usque?

Negamus;

Ex hoc sæpè miser nil numerare queo.

Vel si credo Geometris bis bina bis esse

Hic Solidum, * Solidos dat mihi Sola fides.

* Solidus est Genus nummi.

152.

Ethicum & Physicum.

In stando bibitur, donec quis nesciat ultrà,

Officiosa Salus: ò vitiosa Salus.

Cur hac, qui voluit stando hanc potare,
carendum est?

Scilicet in stando non ea concipitur.

153.

Non omnia possumus omnes,
ad Sponsum.

Sic natura dedit; non omnia possumus omnes;

Te fecisse modò; quit modò Sponsa pati.

154.

Metaphysicum.

(re?

Transcendēs est Historiosa Relatio. qua-
Transcendit verum sæpè superq; fidē.

Quæ

*Quae de se dixit, * Moriar nisi nubere dul-*
Qualis erat virgo? ceu puto, virgo-Fuit.

** Senec. lib. 6. contr virgo vesta-*
lis scripsit hunc versum:

Felicet nupta, moriar nisi nubere dulce est.

Ad Mortem, super funeratione Margari-
tæ Stochmannæ.

Parca cruenta, suam Stockmanno redde
maritam,

Aut fer, ut infamis Nomina longa geras.

Pœdisponi mariti puerperæ virginis orba,

Imprimis eni grandimutivora, (non
Matris ororifratrique cida. Quod hanc
Reddes, infames hos cape nunc titulos.

Hos nondum caperes, Stockmanni viveret
Illius interitus fit tibi pœna recens. (uxor;

Ad Mestum viduum ejusdem Fœminæ.

Cum de morte piæ Matronæ scribere vel-
lem,

Mox atramentū vertitur in lacrymas.

Non scribam lacrymas has; nam sat flen-
tur earum;

Aut si quas scribam, non quoque flecto
meas. Si

Si tot flere relegabis, quot scripsero, scribã
Innumeras, ut sit nulla relicta tibi.
Innumeras hïc, innumeras hïc, innumeras
hïc!

Sufficiunt hæ, si scribo ter innumeras?

158.

Epitaphium ejusdem. (orbe

Hoc cippò tegitur Monstrum. qui restat: in
Isthoc, Stockmannus vel quasi dimidius.
Triste, ferox ac infelix idioma Rahelis
Margaris est, ea, dum jam peperit, perit.

159.

Prefixum Passioni Dominica ad Consules
Martisburgenses.

Hic liber est loculus, quo Christi mem-
bra quiescunt;

Hinc vos ceu tumulus suscipietis eum.
Felices Animas! in queis Deus ipse sepult⁹,
Atque novò semper sole resurgit ibi.

160.

Chronodistichon Retrogradum.

In quò Christus de seipsò in cruce pen-
dens loquitur.

Æratã sic LVDebar trabe DVLCIS. at ara
TELIS & sic NVnC iste sI Let Satanus.

Lacry-

Lacrymæ propter patrem.

*Felices Patris Lacrymas plausuque priores!
 Quas nunc absterget dextera blanda Dei.
 Infaustas Nati! lacrymas pro patre refusis!
 Has humana genis non Aqua cuncta luet.
 O Cælum ô cælum! nostrum mihi redde parentem.
 Sed Cælum renuit, nec volet ipse Pater.
 Ecce Pater Pater! ô Pater ah Pater heu Pater!
 eheu!*

Eheu! hæc mea sunt omnia verba, Pater.

Lacryma super obitu Sororis.

*Accentus miseri memorque luctus,
 Stillantes lacrymæ, novæ querelæ,
 Tristis Nenia, flebilesque planctus,
 Lamentabiliusque carmen unum,
 Lamentabilibus meis Phaleucis
 In hanc confluitote candidatam
 Chartarum faciem citis quadrigis,
 Ut dignis numeris dolere possim
 Fatum Luctificum meæ Sororis,
 Mei funeris, haud meæ Sororis,
 Mei cordolij, nec heu Sororis,
 Sororis tamen heu meæ jacentis,
 Heu dolor dolor! heu jacentis heu ja-*

D

(A)

(A singultibus ecce cogor inter-
-ortis dicere semimansa verba)
-centis & properè nimis peremtæ,
In quô funere funus ipse vivum
Factus sum, miserum mei cadaver.
Phy! mors invidiosa, mors avara,
Pessimè tibi pessimè sit ô Mors,
Solens omnia grata devorare
Et terrestria cuncta derogare,
Perfidissima perfidissimarum,
Perditissima perditissimarum,
Lividissima lividissimarum,
Barbarissima barbarissimarum,
Sordidissima sordidissimarum,
Luridissima luridissimarum,
Pallidissima pallidissimarum,
Squallidissima squallidissimarum,
Frigidissima frigidissimarum,
Flebilissima flebilissimarum,
Marcidissima marcidissimarum,
Morbidissima morbidissimarum,
Turbidissima turbidissimarum,
Turgidissima turgidissimarum,
Et sævissima Parca Bestiarum,
Quicquid amplius est & horridorum
In cunctis vitis vocabulorum,

Parca

Parca pessima Parca pessimarum.

I nunc atque neca meam Sororem.

I nunc atque nega meæ Sororis

Hujus fata tibi fuisse probro.

163.

Prosopopeja

Cujusdam Infantis, priusquam nascere-
tur cum matre parturiente denati.

Nil didici; doceã? mutus sum; dicere possim

Ni fuit interpres Charta stilusq; mihi?

An sapiam, non gustu, non venatus odore?

Nil vidi; monstrem: nil tetigi; peream?

Et nil audivi; prodam? non natus, at eheu

Denascar: meditor gaudia; flere juvet?

Eheu! sic misero mihi fit nunc. accipe cippe,

Et cæde sub marmor quod volui thalamo.

Vespillo mater fit que nutrit; & urna

Est venter. facit is his simul ut tumuler,

Certe nõ nascar semel. Oh lacrymabile verbū!

Mors mea mater erat, mors ego matris erã;

Neutri Sponte suã tamen. eheu ambo coacti

Mutua per nosmet funera facta sumus.

Ecce mihi cunæ lapis est, & gleba papilla.

Hic adsuam nondum, nunc ubi pector abhinc.

Pellar ut haud fuerim: moriar vixisse nega-

Et fatis adigar dicere velle, Eui, (tus?

D 2

Quan-

Quando fui nondū? cogar rebitare priusquam
Huc adventavi? pœna sit ante scelus?
Crudeles Parca, sic vestrâ lege, quod in me
Est, nihil est, ut ego sim nihil aut tumultus?
Chare viator ades, nostras referensq; querelas
Dic aliis; dicens talia Nullus erat.
Quarebam Nomen (dic) nullū nomen habebat,
Ac erat in tumulto dum quereretur, ai.
At simul in Cœlis; quamvis non lotus in amni.
Baptismi temtor, non perit orbis, ai.

164.

In Magisterium Georgij Mölleri.

Hoc mirum genus & novum molendi
Est, & quod Molitor scit æmulari
Nullus de molitoribus per omnem
Qui Plisnamq; molūt moluntq; Muldam.
Hic sunt namq; Molæ Scholæ; molaris
Vertex & ROTA VOTA sunt, & alti
Solers vis animi, rotunditasque
Oris, Suada quod expolivit ipsa.
Flumen Lumen erit scientiarum,
Catillusque Catullus æstimetur,
Qui tractantque logum Poëtæ
Vorsum, vel critici cati solutum;
Pro cribrisque libris frui venustum est.
Et ne quid patiatur hîc ruinam

Aut

Aut passum lepidè resarciatur,
Scalpellum Logice fit, & securis
Ethice: Phisice dat Architecto
Assamenta; dolabra labra sunt, &
Terebræ cerebri Sagax potestas,
Hinc Epistylum stylum putato,
Quæ firment que tigilla sunt sigilla.

Quid multis? Moletrina sunt latina
Græciæque Mosisque Sancta linguæ,
Sani Aristotelisque disciplinæ
Atque quicquid in artibus superstes.

Hoc mirum genus & novum molendii
Est, inquam, Molitor: proinde jure
Mirus & meritò novus molendi
Tu Magister & artifex cluebis
Posthac, & similam moles, farinam
Absque furfuribus, dapem Deorum.

165.

Ad Andream Beckium, cœcum; novum
Phil. Magistrum. (quàm

Omnis homo parvus mundus; sed Beckius est

Omnis homo Mundus plenior & melior.

Hic non confusi quicquam sunt ordo, jubet q̄

In vultu nox sit; pectore Suda dies.

In facie maculae sunt Eclipsesque, comarum

Vt sit honore suo Libera Mens-animi.

D 3

Vis

Vis, faciam terrā, quā sint Animalia? Tal' panem
Fert oculis, Lynxem pectore suspicuo.
In facie glires habitant: Epidaurius anguis
Est Animo, vis ac Phœbituens Aquile.
Sed veli nebulas tollo dicoque quod ipsa
Nunc res est & quod Candida simplicitas.
Quod nō vidisti, nunquā quod & aure bibisti,
Nunc audi, videas & memores alius:
Qui fuit à cunis cœcus, qui matris ab alvo
Pœnè (dies aufer tres) fuit orboculus,
Rem titulumque Magisterij solemniter inter
Tres & viginti promeruit socios,
Atq; tulit laudē publicā de voce, quod herbam
Det nulli, multis efficiat dubiam.
En aliquid miri patrans Natura profectō
Scribet in æternis hunc hominem tabulis.

166.

Ad Polycarpum Lyserum, Theol. D.

Ad Wilhelmum Lyserum, Theol. L.

ET

Ad M. Michaelem Zeidlerum, cum dedicarem
ipsis carmen de Spiritu sancto.

Si quis candidulam meam papyrum,
Si quis molliculam meam Minervam,
Si quis hæc metra, si quis hosce versus
Offendit rogitatque curiosus

Quo-

Quonam sint teneros pedes daturi,
Aut ad quos properent citi penates?
Sic referre licebit ore prompto
Præ trinis reliquis meæ Minervæ:
Ad Divos Genios, vitos rotundos
Doctrinâ, bonitate gratiosos;
Ad magnas Animas, Deos in hisce
Terris, ad pietate copiosos,
Aut ad Dæmonium duplex in orbe
Hoc mundi; Geminos volo Lyferos,
Ad Myrtam Polycarpon, ad Wilhelmum,
Doctorem Solymæ, Licentiatum;
Aut ad gemmea tecta Gratiarum.
Nam quod sunt mihi Gratia, Lyferi
Idem sunt mihi; quodque sunt Lyferi
Zeidlerus Sophies mihi Sacerdos
Est, gurges Themidos Iovisque pullus.
Musa dicet: & esse se minutam
Et se non adolere posse, si non
In sinu sedeat Lyferianô
Zeidlerique sinu minus quiescat.

167.

Ad Franciscum Zobelium, & Vitum Bré-
merum, In me cunctis modis benè
meritos.

D 4

Pro

*Provestris, Francisce nitens & culte Bre-
Factis officiis muneribusque datis (re,
Carminum mille dare; verum tot carmina non-
Sufficerent, etsi carmina mille darem. (cum
Infinita darem, sed & infinita profecto
Non quoque sufficerent Carmina; Corda dabo.*

168.

Barbara Celarent.

In Barbaram vitiatam.

D*ixit anus, pragnans quod jam fit Barba-
ra virgo:*

Barbara celaret, si tacuisset anus.

169.

In Grobianum.

*Spurcas historias in mensa saepe recensens
Dum reverenter ais, non reverenter ais.*

170.

Doctrinae Daemonio

M. Matthiae Berneggero, Prof Hist. P.

in Acad. Argent. (instar,

T*am demissus & humanus, tam Socratis
Te nil scire putas, cum tamen omne scias;
Atque quod omne scias, omnis scit in or-
dine nostro;*

Tu tamen id nescis, dissimulas ve pie.

Ana-

171.

Anagramma.

GABRIEL HOLSTEINIUS SVECUS:
HVI! IS ILLE BONVS EST GRÆCVS.

172.

Ad eundem.

*De te certarunt Sueci Græciq; quod idem
Suecus es, unus ait; Græcus es, alter ait.
Quādo taces, norunt te Suecū: quādo profaris
Te Natum Græcum credidit omnis homo.*

173.

Ad eundem.

*Solâ, Suece, fide differs à pectore Græco:
Est Germana fides, non tua Græca fides.*

174.

Eidem.

*Si quis Germanum, si vult audire Latinum,
Seu Græcum, Suecum sive deinde velit;
Holstenius loquitor, linguis valet omnibus idē
Quas Græcus, Suecus, Teuto, Latinus habent.*

175.

Ad Franciscum Möringium. (ste,

*Belle puelle, pusille, tenelle, polite, venu-
Iam desiderium, sed prius ipsa Charis;
Cujus eris, jam non novi. sed id antè scie-
At si, sicut eras, es, scio cujus eris. (bam.*

D 5 Ad

176.

Ad eundem.

*Si fratris gemitus posses audire Moringi,
Audires gemitus nocte dieque pios.*

177.

In Paulam.

(narrant;

Vestis honesta virum facit, ut proverbium
Paula tamen semper vult sine veste vi-

178.

(rum.

*In quendam parasitum voracem nomi-
ne Erasmus.*

Anagramma.

ERASMVS. MERA SVS.

*Semper edens escas alienas semper Erasmus:
Sed Mera Sus, non mus, quando voratur,*

179.

(eras.

Anagramma.

JONAS FISCHERVS.

O ASINVS FISCHER.

Ut Metagramma tibi facerem Fischere ro-
gasti:

Accipe, quod feci nunc Metagrammatibi.

180.

Anagramma.

TAVBMANNVS; B. MANTVANVS.

Taub-

Taubmannus, & disertus
Baptista Mantuanus
Sunt ambo gratiosi
Et nobiles Poëtae,
Sunt ambo glōriosi
Et amabiles Poëtae,
Et nominum valore
Et carminum lepore
Ambo pares Poëtae
Taubmannus, & disertus
Baptista Mantuanus.

181.

CAMERARIUS,
RE MACARIUS.

182.

SVETONIUS:
OS VENUSTI.

183.

CASAVBONVS:
CAVSA BONVS.

184.

TIBERIVS.
IT EBRIVS.

185.

CLAVDIANVS
LAVDICANVS.

IANVS

186.

IANVS DOVSA,
SVADA NOVIS.

187.

LIVIVS;
IVLIVS.

*CVM Livio rectè se Caesar Iulius unit.
Historias docto scripsit uterque stylo.*

188.

(Professor Iur. in Academia Argentinensi.)

D. IVSTVS MEIERVS.
ET IURIS SVM DEVS.

189.

*(Profess. & Theol. D. in Acad. Wit-
tenbergensi.)*

LEONARDVS HÜTTERVS:
ONARDVS ET LVTHERVS.

190.

AD CASPARVM VVIDE-
MANNVM. *(tem;*

*DVM Widemannus abit, Iesus comitetur eū-
Rideat & Cælū dum VVidemannus abit.
At contrā secum charū tristentur amici,
Quorum primus ego, si sinit ipsus, ero.*

191.

Fuella.

Tutò

Tutò committi possunt arcana puellis;
Namq; q̄ ignorant, omne tacere so-

192.

In Papani.

(lent.

(infert.

Qui mihi non credit, damnatur; Papa sub-
Ergò velut Christus, sic quoq; Papa docet.

193.

In Sabellum.

Si vis perversum furem spectare, Sabelle;
Inspicias speculum teq; , Sabelle, vide.

194.

Anagrammata.

DIVITIÆ: DII VITÆ.

195.

ADVLATOR: LAVDATOR.

196.

INIUSTITIA: VI, INSCITIA.

197.

GAVDIVM: ID VAGVM.

198.

MISERICORS: MISERIS COR.

199.

JUVENIS: EN VIVIS.

200.

AVRVM: ARVVM.

SOLO-

201.

SOLOMON: SOL NOMA.

202.

JUVVENTVS: VTI VENVS.

203.

SENECTA: ES NECTA.

204.

ÆTAS: ES ATA.

205.

POESIS: ES OPIS.

206.

DEMETRIVS: METRI DEVS.

207.

GERMANVS: RE MAGNVS.

208.

MARTIALIS: ARTIS LIMA.

209.

JONAS: JASON.

Bripedes tauros Iason domat atq; Dracones.

Sed Ionas Ninivem mitigat, antè foram.

210.

MEDICAMENTVM: ET MEN-
DACIVM (certam,

CVm promittit opem falso medicamino
Est Medicus Mendax, & Medicina si-
mul

FIDES:

211.

FIDES: DEFIS. (fectō

Si te verto, *Fides, defis*: Metagramma pro-
Verū! nam superest nullibi pœnè fides.

212.

CALVMNIA: CALVINAM.

Calvinā video, *se quando Calumnia vertit.*
Calvinis propriū quis neget hocce scelus?

213.

INVIDVS: DIVINVS.

Annon Invidiam divinam jure vocavi?
Semper Fortunæ nam comes illa Deæ

214.

DONVM: MVNDO. (est.

Munus ego mundo quævis peccata Malorū.
Si des, te judex non sinit esse reum.

215.

MALA: ALMA.

Currimus ad Christum, suppressi mole
malorum, (Mala.
Et petimus veniam. Sunt Crucis Alma

216.

IUSTINVS: INIVSTVS.

Ne semper verum quodvis Metagramma pu-
tetur,

Hoc probo Iustini nomine, Iustus erat.

Ad

217.

*Ad M. Adamum Hørselium, Lucenæ
Pastorem.*

Et pius & Prudens es, Adame, bonôque
careres

Nullô, si tantùm non sine prole fores,

218.

In Ch. Schlechtum.

Pro Cuneo Cunium tu, Frantzisciq³ docendû

Tu pro Francisci nomine nomen aras;

Et vis discipuli praeceptor haberier, et si

Nulla Grammatices linea nota tibi.

O hoho Domine deceptor, Aselle miselle,

Doctor discipuli, discipulique puer;

Quot Fulices Culicesque simul nascuntur in
anno,

Tot tibi fausta precor pro novitate tuâ.

219.

In Eundem.

OMnia discipulum, quæ tu scis, Schlech-
te, docebis;

Nempè nihil; nam tu scis quoque,

Schlechte, nihil.

220.

Astronomi. (Abram.)

Quis numerare potest stellas? Deus inquit ad
Et tamē Astronomi nūc numerare volūt.

221.

Danaë & Terra. (imber:

Impregnat pulcram Danaën Iovis aureus
Imber & impregnat, ne sterile scat hu-

222.

(mum.

In Scriptorem Calendariorum

ineptum. (dit, inquis.

Quando jubar scribis, pluit. at Deus impe-
Quicquid mentiris, dicis id esse Dei.

223.

*In quendam furem qui dicebat Fato abs
se factum furtum.*

Si fatale fuit furari, sicut id inquis;

Te fatale fuit nunc quoq; fune mori.

224.

Hoc & quædam sequentia sunt
nuptialia.

Virgil. Parce Subjectis. ad Sponsam.

Parce (Maro vult) subjectis: subjecta relatū,
Heu Libertabus, non mihi parce, dabit.

225.

Bellum dulce inexpertis. (rum

Semper inexpertis est bellum dulce. futu-

Noctis inexpertæ dulce putasne tuæ?

226.

Silenti est tutum præmium.

EST

*Est precium sublimē silenti, quando filebit
Sponsa per hanc noctē, quale dabis precium?*

227.

In magnis voluisse sat est.

In magnis voluisse sat est. tua Sponsa pu-
(filla est;

Ipsi quapropter non, voluisse, sat est.

228.

Medicū. (nere;

Sponse quod inculcant Medici, jam disce te-
Ut sis nocte levis, sit tibi cœna brevis.

229.

Sponsa ad Sponsum.

Nunquam bella tibi, nunquam certami-
na defunt,

Et cū quā certes, tempore noctis habes
Sed scio pro certo, si tecū, Mascule, certo,
Semper ego pungor, semper ego subi-

230.

(gor.

Multa tulit fecitque.

Multa tulit fecitque, maritus & uxor. at iste
Multa modo fecit, multa sed illa tulit.

231.

Juvenalis 6. Satyrâ. (illô,

In quô Nupta jacet, minimū dormitur in
Illud enim semper Bella cubile crepat.

Sic

Sic Iuvenalis ait; nos credimus; & Neo-
nympha

Experietur item. qualia Bella tamen?

232.

Quiescendum. (nec

*Interdum Magnus dormitat Homerus. & hinc
In thalamo semper tu vigilare potes.*

*Quod caret alternâ requie durabile non est;
Ut fiat durum, Sponse, quiesce parum.*

233.

Anagramma.

MARIA, MARITA,
A RIMA, RIMATA.

Nil discōveniūt resonando *Maria, Marita,*
Sic & idem penitus per Metagram-
ma notant.

Scilicet à Rima *Maria est. Rimata Marita.*

A Rimis ambæ cur Metagramma trahūt?
Francus ait; nunquam reticent commissa
puellæ, (opus.

Nam rimis plenum Fœmina semper
Si tua vis taceat secreta *Maria Marita,*
Illi tu Rimas obstrue, Sponse, prius.

234.

Iudex sit æquus. Ad Sponsam.

*Iudex quisque suis æquus sit: Sponsa, putari
Sponso vis Iudex? sis æquus ergò tuo.*

235.

Exerce stylum.

Exercere stylum frugiferes. Sponsa, mariti
Exerceto stylum; sic tibi fructus erit.

236.

Prima coitio est acerrima.

Terent. pbor. à. 2. sc. 2.

Est acerrima prima coitio; Comicus inquit;
Hanc si sustineas, cetera lusus erunt.
Spōsa mihi refer! experta cras credo Ruperta)
Certa Poëtis hïc an sit habenda fides.

237.

Excusatio ad Sponsum.

Te rogo per faciles nostras, tua Numina
Musas, (tuam,
Perque tuum lætum Cor, Veneremque
Perque tuum thalamum, per & omnia ba-
sia Sponsa; (cor.
Demum per quicquid fit tibi dulce, pre-
Hosce meos versus duro ne suspice vultu,
Ac in deterius ne trahere nostra joca;
Si lusi nimium, quid enim ridere nocebit?
Non morosa sacrum connubiale docet,
Letos læta juvāt; juvenes juvenilia laudāt;
Quæ si quis dederit, nū re p̄bādus erit?
At tu quisq; Senex damnās hęc respice re-
Vtra juventutis facta fuere tuæ? (trò:

238.

Excusatio. ad Convivas.

Hoc ego, Convivæ, vobis transmitto legendum (dor eò.

Carmen apud Mensam. non verecun-

Nō purū sit? apud Mensam vos tale legatis;

* Nam verecundari nemo tenetur ibi.

Nec verecundor ego longam breviare. requiris, (fui.

Cur id? apud Mensam tunc, ubi scribo,

* *Plautus Trin. a. 2. sc. 4.*

Apud Mensam neminem verecundari decet.

Expliciunt Nuptialia.

239.

In Juris Studiosum.

Jura coci semper pingues & diligis offas:

Quis neget hinc juris quod Studiosus eras?

240.

Etymon infamium Nominum Vipper.

Vtreor, est dictus Vipper quasi Vipera.

quare?

Is, sicut matrem vipera, perdit humum.

Vi parit hæc pullos, sed vi* rapit ille monetam:*

Vi parit hæc pullos, væ parit ille viris.

* *Anagram.*

Et

241.

Et Ripper.

(patebit.

Dictus at est Ripper quasi Rupper. causa
Namq₃ pro Argento subdidit, ecce, Cuprū.

242.

Non bona nova.

Hæc tria nunc nova; nempè Propheta,
Poëta, Moneta

Abjectæ res sunt, nec bona multa valēt.

243.

In Phariseum.

(in oculis,

Nemo trabem propriam propriis cur spectat
Sed mox festucam proximioris? atat!

Nempè videre potest quis proximioris in oculos;
In proprios oculos nemo videre potest.

244.

In Ennam meretricem.

Communis vox est: Medio tutissimus ibis.
In medio juvenū cur tamē Enna jaces?

245.

Amor non est Deus.

Si Deus omne videt, veluti Scriptura fatetur;
Non igitur Deus est, hercule cæcus Amor,

246.

In Papam.

Vt Successorem Petri te, Papa, probares,
Ceu Petr⁹ in Malchū, tu rapis ensis opē.

247.

Anagramma.

CAJETANVS: ATHEVS CAIN.

248.

CARDINALES: DI CARNALES.

249.

Momo.

*Summa petit Livor, quare Livore petitus
Mome tuo, vel te iudice, Summus ero.*

250.

*Pascha prius (credo) Pauper quam Dives
habebit.*

Cur? nam jejunat semper is ipse prius.

251.

Parodia.

*Tempora mutatur, nec nos mutamur in illis.
Quomodo? per tempus nam sumus omnes*

252.

(Mali.

Ad Lectorem.

*Sunt meæ metrorū peiorū pessima metra:
O sed me falli, Candide Lector, ai.*

253.

Beati, qui non vident, Iohan. 20.

Ad Cæcum.

*Qui non, ecce, videt, vir dicitur esse beatus,
In primis igitur Cæce beatus eris.*

In

254.

In mediò virtus.

In medio virtus consistit. at infima terra
In terrâ virtus rara proinde viget. (est.

255.

Anagrammata.

IUSTVS JOSEPH SCALIGER:
REGIUS SOPHISTA SECULI.

256.

MAURITIUS: VI MARTIUS.

257.

JESUS: ES JUS.

258.

JACOB: AC JOB.

Quando fugit fratrem, crucis & patienter
onus fert;

Dic, annon ceu Iob, tunc fuit ipse Iacob?

259.

JOHANNES SEUSIUS:
ES OVANS HEINSIUS.

Est HEINSIUS Poeta,
Est SEUSIUS Poeta;
Vincunt ovantque metris
Ambo: proinde rectè
Pares vocantur ambo
Anagrammatizitati.

De

260.

De Poëtis.

(tas.

Non habet hac vacuum faciens Natura Poë-
Plena Poëtarum nam loca cuncta scatēt.

261.

Papa.

(tanæ;

Est Princeps mundi Papa. par est ergò Sa-
Nam Princeps Mundi dicitur esse Sa-

262.

Diæta Theologica.

(tan.

(escas.

***T**heilogus haud, sicut Medicus, discriminat
Malo Theologicè vivere, quàm Medicè.

* Col. 2.

263.

De Probâ, virgine.

(mari.

Laude Pudicitia meruit Proba semper a-
Est igitur Meretrix casta puella quoq;.

264.

De Rusticis.

Esse creaturam Iova nego, Rustice, temet:

Nam * quod condiderat, hoc erat omne
bonum.

* Gen. I.

265.

De Papâ Ioanne.

Qui peperit Natū Iohannes sive Iohaña,
Non modò Papa Pater, sed quoque
mater erat. E Iterum

De

266.

Iterum de Papis.

Non opus est, Papā, num vir sit, pene teneri:
Nam patet ex spuris se satis esse virum.

267.

Modus Imperativus.

Quare Rex aliis, sibi sed nō imperat ipsi?
* Primis Personis Imperativus eget.
* in Singulari numero.

268.

Ad M. A. H.

Implevisse Bonis canitur Deus aris egenos
O mihi sic etiam jam semel esto Deus!

269.

De me ipsō.

Sum Polus, ō utinam (sic opto) Planeta
Moneta,
Et Sphœræ peræ, stella puella foret!

270.

Iterum.

(gō.

Arctus ego fatis sum; sum Polus arcticus er-
Versor in Europā; sum arcticus ergō Po-

271.

(lus.

De ordine in hoc librō.

In nostris libris ordo fit, sicut in orbe:
Præcedunt Iustis hîc quoq; sæpè mali.
Ad

272.

Ad Lectorem.

Lector ut invidias, ego nostris versibus opto.
Nam si his invidias, tunc reor esse Bonos.

273.

Ad Nobilissimum Poëtam.

Dn. M. SAMUELEM GLONERUM.

Quod de me scribis, de te jam dico vicif-
sima. (res?)

Me Glonere prior, num sumus ergo pa-

274.

Ad eundem.

Primus eras, citius mihi si tua metra dedisses.
Nunc es postremus: postea primus eris.



Clarissimo Poëtae

Dn. TIMOTHEO POLO, Epi-
grammata in lucem edenti.

Quam tua sum stupidis miratus carmina
Musis.

Digna serenato carmine POLE polo.

Taubmannū legi, Doufas, lepidūmq; Marullū,

Quique sub Anglorum vixit Oventus humo.

(Absit adulandi fucus, sit testis Apollo)

Tam magnos aequas carminis arte viros.

E 2

Iudicat

Iudicat ingenuus non nudâ ex Daphnide vatē,
Qui capite indocto laurea ferta geret:
Cui satiùs frontem mordens urtica cremaret,
Elleborum stolidas ureret acre comas.
Non etenim faciunt clarum mantella Plato-
Doctoremq; creat nulla tiara virum. (nem,
Nec quævis reddit magnum rasura Lutherum,
Nec culter fulgens arguit esse cocum.
Nec, quæ splendidulis circum stat tempora
gemmis,
Virginæ Zona claustra Corona probat.
Nec si jam repetat GRASSERI dextera lau-
Detraheret numeris hila minuta meis. (rū,
Nec tibi si laurum rupes daret ardua Pindi,
Doctrinæ afferret fella salésque tuæ.
POLE, polum cultis metrorū versibus æquas,
Notus ad Eoos occiduosque sinus:
POLE, gravi quo non est arte politior alter:
Quàm Polus est major lucidiórque solo;
Tam reliquis palmam ferventi Marte Poëtis
Eripis, hac quotquot secula nostra vident.
Exultent alijs fertis, & nomina jaçtent,
Te Genius melior, Gloria major habet.

M. Samuel Glonerus, Argenti-
nensis, Poëta L.


5

TIMOTHEI POLI

HYPORCHE-
MATA,

SIVE

LIBER VERSUUM
*meris brevibus Syllabis ab-
solutorum.*



*Hieronymus G. S. f. d. S.
Prest. Saxo
Anno 1628*

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ,

Anno M. DC. XXVIII.

atē,
ret,
ato-
em,
um,
ora
lau-
(rū,
ndi,
uas,
ter:
o;
oëtis
nt.
ti-





VIRIS

*Nobb. Ampl. &
Prudd.*

Dn. IOHANNI HELLER/
Dn. PETRO STORCK/

L. Imperialis Argentinae Con-
sulibus, &c.

Neque non

*Præstantissimo Literatissimoque
Virg-Iuveni*

Dn. IOHAN-REINHARDO
STORCK/ IC. Conf. Ampl. F.

Timotheus Polus,

Argen-

I.

Argentinenſis

Curia Atlanti

Dn. IOHANNI HELLERO.

*Calide Themidos Amor & Here benevole po-
puli,*

*Lepide Politice, Pater & habita Patriæ,
Stabilis analytice regiminis honor; ô utinam
Veluti placidus es, ita mihi quoque faveas!
Ita mihi Deus! ut ego tibi studeo pugilicè;
Ita mihi Deus! ut ea metra tibi dico libitè,
Ego tenuis homo, minimus & humilimus ho-
minum.*

II.

Reipublica Iovi,

Dn. PETRO Storck.

*Quos sub cenſuræ tenuiſti ſorte, prius-
quam (typis;
Calcographus libros extudit hoſce
Accipe nunc proprios, ô conſultiffime
Conſul,
Conſulitoque Boni, Conſalitoq; mihi.*

III.

Eidem.

(ſub alas

*Vir pie, nomen habes Avis: Ergò, Pelarge,
Iam me ſume tuas, & tibi gratus ero.*

IV.

Musarum Corculo.

Dn. IOHAN-REINHARDO Storck.

*Qui rogat ore Deum, Deus hac re diligit
ipsum.*

*Tu Storcki juvenum flos, imitare Deum!
Optimo tu Storcki pie, jucundissime Storcki,
Qui rogo te quoque, me dilige; more Dei.*



TIMOTHEI POLI
HYPORCHEMATA.

I.

PSALMVS CIII.

Agè celebret Anima mea, celebret Anima
mea, (Anima,

Meus Animus & ô Anima mea, vigor &
Celebret anima mea, celebret anima mea

DEUM, (ter.

Repetat & ô adhibita beneficia memori-
Anima mea, tua scelera tibi Dominus
abolet,

Stolida tua vitia luit & adimit ab obitu;
Tibi recuperat & alebria, tibi dat & epu-

las, (rum,

Velut Aquila vetula regenita nova fit ite-
Deus

Deus ita variat onera tua gravia Senij,
Noviter ut homo quasi juvenis agilis ado-
leas, (didicit

Datus & ubi Mose duce Decalogus, ibi
Lepida sua beneplacita Solymigena. Mi-
feros (levolô.

Potior Ephorus apologat ab homine ma-
Dominus ita placidus, ita pius, ita mi-
fericors (tiens;

Cluet, ita beneficus, ita sacer & ita pa-
Simul & heterogenus ab adeò memore
rabie. (etiam.

Neque quasi scelere malè meruimus agit
Vti superat humilia sola pol^o; ita pbulos
Vehit apice mera propitia Dominica Bo-
nitas: (riens;

Scelus ab homine procul ut Obitus & O-
Pater uti Sobolis, ita Deus ope miseret ho-
minum, (animô.

Fragile quod op^o, hum^o homo sit, id iterat
Homo quasi viola pare jubare moritur
& oritur. (tas;

Sine τέλει at erit abavia Dominica Boni-
Sibi statuit is habile Iovis in apice Solium.

Valida Seraphica famulitia canite Do-
mino,

E s Stratia

Stratia clypeigera reverita canite Domi-
no, (mino;

Opera sua reliqua quata tota canite Do-
Anima mea magis Anima mea canite Do-
mino. 2.

In Obitum

IOHANNIS SIGLICHII, D. Med. & Profess.
Anatom. ac Cheirurg. P. in Acad.
Lipsiensi.

*Ubi mera Ven^o erat, & ubi Policap^a pbitas,
Ubi nitor erat, & opera Medica domiciliū
Habuit, ubi cathedra decus, & ubi luigerulus
Remedia reperit, & ubi stomach^o, epar, ocul^o,
Vterus; & ubi vitia, tumor, ubi tremor alitū,
Caput Atropos adoperuit olida SIGELICII,
Tumulus id & opica nebula tegitat id hodiē
Misericiter & abolet. Adigitur Anima fugere.*

*Animula catula quid ego tibi queo: cupio?
Ubi tua casa lepida nece periit inhilari,
Ubi tua caro citò ruit & inhabita moritur,
Animula vagula quid ego tibi cano? meditor?*

*Ades agè mea lepida properiter ades Erato
Age proba, tumidula, timidula, pavida, tre-
mula (ta.*

*Ades agè mea; mera metra brevia mihi reci-
Et agè Lyra socia, mihi sure brevibus Elegis.*

Iuvenis

Iuuenis homo, vir, ô & homo vetule, puer u-
lula, (los.

Lacrymulaque cerebrivora simul hebetet ocu-
Ad adyta sacra Veneris, ad adyta sacra Charitū
Vir obiit avidus, alacris & agilis & habilis;
Cui adeo bona sapidaq; tribuit Anima titulos
Decus & hilarius adeo quoque labor opificus;
Sopor habes & opicus & olida pigraq; requies
Rapuit & habet eū ea velut erat homo nihili.

Medice quid es? homule quid es? humiliter
in utero

Sobolipara mulier initia facit; inopiā
Generis herē; tua mora pede refluit at hodiē
Celere, neq; sine truce cruce neq; sine miseriā.
Homo quasi stolidus fatuaq; pecora, quasi lutū
Quasi cinis & humus homo, quasi manipulus
aceris.

Mora mala, fluida liquidaq; neq; sine laqueo
Stygis. homo pavet, homo flet, homo fugit, ho-
mo tolerat, (quid.

Sibi famet, avertit, inhiat, amat aliquid & ali-
Atat eget ita magē, neq; satur abitis opibus,
Beneficia tripudianaque gemitibus is adimit,
Tribulat & inhiat inedia super inediam eū.
Modo reficitur homo, modo moritur, ita va-
riat,

Dubia quasi folia sumus; ibi vigilia necat;
Ibi timor, ibi tremor, ibi dolor, ibi calor, hiems
Ibi, sitis ibi; sequitur ibi lutifica rabies
Necis, & aboritur alius & alius aliâ.

Manus adaperuit, avidus opera bibit oculus
Vbi penetrat habita foliicola radius olei,
Vbi nebula sola repetit, & operit ea polum,
Et ubi jubar agile rediit hilarius iterum.

Nihil habet Anima cata, nihil alicubi Medici
Liber habuit, ut abigere queat ope remedij
Rapida feraq; flagra necis hominib⁹ opitulâs.

Medice Medice, propera fuga madefacit
oculos (leam.
Et animicrema lacryma satagit ut ego Si-

3.

DANIELI WACHSMUTHO, Hal. Na-
talem postrid. Dom. Palmarum
celebranti.

Vitule, Puera, Libra, Leo, Caper, Aqu-
ger, Aries, (Gemini,
Jaculicola, fretiseque Lupe, Retrograde,
Necipater; ita fluitis & ita rediit iterum
Geludoma facula: vice Zephyr⁹ agitât aliâ
Hiemis & alacris & agilis agile Dominiû;
Regenitur hilara lepidula tumidula viola.
Tetrica stabula fugit ovis, & Agricola fo-
culos; Qua-

Quatit Hera pelagigena sola nova pede
properô;

Et herè data fuit olea, data fuit & hedera

Ubi Dominus homulus equitat, ubi super

Asinâ (hodie

Sedet. Agè Lyra tribue mihi quoq; precor

Nova. canito mihi metra Deus, ita sibi

meruit (niel.

Animula mea, meus Amor, Alius-ego Da-

Comes a vide genie tribue bona mera

merito. (diè

Tamen at eris (ita jubeo) min⁹ avidus ho-

Stomach⁹ & adeò tua gula patitor inopiã

Dominicalatera, fera flagra, patibula me-

ditans.

Erit, ubi trabiger erit Eribidomus & aciè

Trahet: ubi quater oculitega tenebra re-

dierit

Semel &: & ita pariter abolita fiet eadem.

Ibi tibi locus & honor erit agere tripudia.

Ibi cane, bibe mera quasi libet. ibi tripudij

Fac initia novitia, fruerè quod ibi dabitur.

Ades ades Evie, Nomic, Bromie, Lye,

Xenie,

Hymenie, Chthonie, Temesa, Semelife-

morigena,

Pluc

Plue vetera bona mera, rubica calida va-
lida. (ro.

Age plue! mihi Deus eris ubi sat ego bibe-

4.

Ad CASPARUM Horn / Quaestorem
Leostadianum, qui, cum comitem in
cureu tres latrones trucidassent,
ipse salvus evaserat. (bris,

*Reciproca coma jubaris aberat obita tene-
Sua solita domicilia cupit ubi repetere
Sophitena loca Phyliridis equite pede variās,
Cis ubi sua Leo-stadia vehier avet iterum
Beneficus & opiparus ibi vice Telecyphori
Simul opib⁹ & opere vir hominib⁹ opitulans,
Gregis & ab opibus habilis ibi capere Reditus.
Atat in itinere fera Trias adoritur Equitū
Et odia facinoraque dubia cumulat in eum
Latro trigeminus, avida familia mala loculi:
Tonitrisona jacula celeriter utique jaciunt
Sceleris ea stabula. Sequitur ibi quoq₃ rabies
Necifica, Deicola comes & aboritur hominis
Miseriter, & ita nece celere perit, inhilarem
Capite patitur & operit arietis ubi globum.
Misericordia miseria! dubia mora, mora dubia!
Mora dubia, dubia mora! miseria miseria!*

(Neg₂

(Neque modò semel ea mihi repetere placet
enim)

Quis homulus ea didicit, an animula vel hodiè
Sua remaneat habita validula vice solitâ?

Quis homulus ea didicit? ita pius obit adeò;
Neque tamen alibi datur animitus ea medi-
tans.

Neque sed ea sine regimine superius etiam
Puto fierier, alia neque sacra folia docent:

Neq; jubet ea DEVS; at ea sinet aliquoties

Sed agè fer apud agilia famulitia Domini.

Satagit ubi DEVS oculus agere vigilias,

Latro quid ibi tibi, pie, variofarius oberit

Penitus ubi propitius Herus adhabitat?

Licet equus aquilus & adeò Rheda trahat ea-
dem,

Penes & eborea tua latera cadat inanimus,

Latro licet arietet & inhibeat acupedium,

Fugere vetet, alicubi nisi citò cadere velis,

Gravis & ita populet adiaphora bona loculi;

Tua caro tamen & anima tua sine malitiâ

Duce Iove super alia loca bene regreditur in-

-columis; erat ibi tua via, tua galea DEVS.

Blatero repudiat aliquid, & aliquid Apo-
logans

Veteraque novitiâq; stolidiloquia glom. *cap.*

Vs

Vt Is o'ierit oberat Equa, Tunica, capitium;
Nec & habuerit Hic homo sibi vice comitis
eum,

Perierit Hic ibi, sed & Is ageret animal
adhuc.

At ô apage blatero tua maledica latibula;
Nihil agis. abiit Hic homo Iove duce nec aliô.

5.

DE ANGELIS ET HOMINE.

Domine Domine, Deus opipare, Domi-
ne Domine,

Ubi tibi statuitur honor, ibi merita Ge-
nius (homulus

Tua canit, & agilis homo memoret. atat
Ego miser, olid^o ego piger ego sine requie
Scelere malus aveo canere tua beneficia,
Cupio tua nitida loquier opera trepudiâs.
Domine mea via, mea galea, mea validi-
tas (culam

Tribue mihi bonus ita facere. Capito fa-
Anima mea, mea labia petite metra no-
vula, (nam.

Ut, ubi jubar agit & oculitega nebula, ca-
Sed agè, quia m hi varia macula sedet,
ideò

Quia min^o & ego valida queo facere me-
ditans, Ob

Ob ea luito merifice, solidifice solida.

Domine Domine, DEUS opipare, Do-
mine, Domine,

Sterilia facilia mea labia tibi placeant,

Per & ea tenuia tenera data sacrificia.

Sacra tua memoria mihi lepida, supere Pa-
ter. (la.

Age solifuga polisequa mea fuat Animu-
Inhio tibi, sitio, volo, voco tua tripudia.

Mihi malus; Ubi? loquitur; ubi DEUS
ubi tuus est?

Et ego gemo miserulus: ubi DEUS ubi
meus es?

Citò retulit Anima mea vagula: sequere
Fidem. (cie.

Fideisequus ego video te Here, nequeo fa-
Speculor ego tenue; penetro modò quasi
speculò.

Domine Domine DEUS opipare, Do-
mine Domine,

Chorus is agilis & habilis, Here rosec,
Geniùm

Tibi resonat & avida Dominia tua cele-
brat. (ciem;

Videt is ibi quoq; Triados, onere sine, fa-
Citò tenet & habet operifica tua quid a-
veat Voli-

Volitio vigil. Ubi canit ibi quoque trepu-
diat; (diē.

Quia sibi retinet, ut ovet, hilaria quoti-
Homo sed ego nequeo. Cato facit ut ego
nequeam.

Fleo, paveo, pereco, fugio, tolero miseriam,
Neque sine cruce refideo, neq; sine vigiliā
Recubo thalamipremus. aqua comes he-
betat oculos

Lacrymaque. tribulor & aboleor ego ge-
mitibus. (Domine,

Quid igitur? igitur agē tribuito mihi
Modò sonet ut anima mea fragiliaq; labia:
Domine quis opera Beneficiaque ti-
bi similis?

Ita sonet ut anima mea tribue mihi Do-
mine, (Triadem,

Domine tribue mihi specere quoque citò
Ibi canere potero melius, ibi sine requie;
Domine Domine, DEUS opipare, Domi-
ne, Domine.

6.

Non perturbabor.

Licet, ubi nece necor, ego morerer ibi tricies,
Tamē avida mihi Lachesis oberit ea nihilò.

Qui a

Quia minus Homo, sed in Homine mihi *sia* mo-
ritur. (rent,

Licet olida mea facinora quadrigemina fo-
Mea tota mala, mea vitia decupla vel etiam,
Diabolica tamen anabolagia tremo in nimè.

Quid ita? quia Dominica mihi propè sa-
cra Bonitas;

Ea gravior, ea superior & ea potior est
Triplice styge, Facinore, Scelere, Nece, Dia-
bolò.

7.

Anagramma.

SIGISMUNDUS EVENIUS.
RECTOR HALÆ:
IS VIR VERE MAGNUS ET
DEUS IN SCHOLA.

Neque celebrior homo neque superior
Evenio;

Homo Theologus, homo philologus, ho-
mo philosophus,

Tibi, vegeta Schola, columnen & Atlas E-
venius est;

Docibilia studia facile capere memoriter,
Citò sapere nova Methodus oritur ab E-
venio.

Magis.

Magis an Evenius homo, magè Deus an
Evenius?

8.

Ad Probulam, Virginem.

*Mea Probula, nitida tua cutis olet Arabicè;
Tua latera gracilia, tua labiola rosea,
Tua mihi beneplacita tuguria rata gremij;
Graphica, basilica, nivea tua lepida facies,
Tua tenera stata scapilia, gena tua rubida,
Tua manus eborea, tenuicula manus operans,
Pediolus agilis, acupediis & analyticus,
Et utraque tua solida papula papula Veneris.
Meula Probula, mea Rosa, mea dea propitia;
Mea Probula, Quid? Oculitus & animitus
amo te.*

9.

In festo Resurrectionis Dominica.

HOMO DEUS - homo rediit iterum
Stygis ab itinere, scrobe tumuli:
Igitur agite canite Domino
Melos, & agite date tripudium.
Era: ibi sonitus ibi tonitus
Et ibi crepitus & ibi strepitus,
Celer ab aëthere volat etenim
Geniu, ut homo, juvenis habitu;

Nivea

an
Nivea tunica cooperit eum,
Celerat ad Epitaphia Domini,
Removet & inibi probe tumulum
Stabile lapidis onus & aperit,
Columis ut Herus abeat iterum.
Duce jubar trigemina mulier
Properat avida linere cineres
Lateraque pia ducis inanimi.
Tumulus atat erat ibi vacuus,
Vacua Cenotaphia reperiunt:
Mifera Maria lacrymat igitur.
Citò Cherubicus opere puer hanc
Sed adoritur ita monefaciens;
Pia Mulier agè sine lacrymas,
Quia minus habitat is Herus adhuc
Penes ea tuus opica cinerum;
Minus ibi reperiet oculus hunc;
Caro vegeta rediit ad animam,
Necis & adyta superat hodiè.
Spece strophia quibus operuerant
Caput & alia. Dominus abiit,
Revaluit & alicubi super est;
Gradere comitibus ea referens.

Igitur agite canite Domino
Melos, & agite date tripudium;
Stygis ab itinere, scrobe tumuli,
Quia DEUS homo rediit iterum. PSAL.

PSALMVS XXIII.

*Dominus Opilio meus est,
Removet igitur inopiam,
Alibilis egeo nihilô.*

*Cibor ego nemore viridi,
Satur eo latice liquidô;
Mihî recreat Herus animam,
Patula vocat ad itinera.*

*Nigra per & opica specua
Terete pede licet abeam,
Nec ibi metuo miserias,
Quia Domine mihi propè stas.
Ferula, Baculus & Agolum
Tua mea quasi galea sunt.*

*Mesa struitur, & ibi locas
Edere mihi benè sapida,
Malevolus ut ea speculans
Doleat & obeat odis.
Mihî caput olet arabicè;
Bibo mera calice refuô.*

*Domine tua mihi Bonitas
Comes erit ea quotidie;
Domine sub ego lare tuô
Vegetus ago sine requie.*

II.

Ad Christum natum.

Homule Domine puerule
Genite Deus & Emanuel,
Mea Bona tua Calamitas,
Tua miseria mea Salus,
Tua beneficia reprimunt
Mea maleficia: Genesis
Sacra tua trahit ab Erebo.
Tibi Lyra, tibi fidicula,
Tibi fit hilara memoria,
Tibi fit honor & adorea.

12.

Ad iter accinctus.

*Iter ego volo recipere
Super alia loca properans
Vti mea studia peragam,
Penitus ea quia docilis
Bimidia sinere fugio.
Benevole Domine superum,
Tibi sono tibi geniculator,
Age tribue mihi vigiles
Tua famulitia Genios.
In itinere mihi comes es
O & Ephorus & Ephodius!*

E I N I S.

Ad

[Faint, mirrored text, likely bleed-through from the reverse side of the page]

[Handwritten text in Arabic script, possibly a library or ownership mark]

F. I. N. I. S.



TIMOTHEI POLI

6

ANACREON

LATINVS NV-

PTIALIS.




*Hieronymus R. D.
fulg. P. ued. Saxo.
Hög. ch. 5. 22VI*

ARGENTORATI,

Typis exscribemat

Iohannes Andreæ,

Anno M. DC. XXVIII.



I
I
I
I
I
I
I
I
I
I
I





*Virtute & eruditione praestantissimis
atque eximiiis Viris - Iuvenibus*

- Dn. PAULO Schreyer / Argentinensi.
Dn. VITO Bremero, Saxoni.
Dn. ALBERTO Gros / Borusso.
Dn. DITHMARO Petersen / Lubecensi.
Dn. CASPARO Widemanno, Franco.
Dn. GABRIELI Holsteinio, Sueco.
Dn. FRANCISCO Zobelio, Saxoni.
Dn. JOHAN-JACOBO Hartig / Fratrib.
Dn. CHRISTIANO Hartig / Siles.
Dn. CHRISTOPHORO Ruesff / Sueco.
Dn. JOHAN-GEORGIO Rneller / Franco.
Dn. ACHILLI Widemanno, Franco.

*Amicis & Dnn. Commensalibus suis
honoratissimis benevole memo-
riae caussa offert & donat haec*

Timotheus Polus.

F 2 Eisdem.

Eisdem.

Si regulâ rogatâ
Ridere non licebit,
Cur ergò factus essem?
Amare non licebit,
Cur ergò factus essem?
Favere non licebit,
Cur ergò factus essem?
Gaudere non licebit,
Cur ergò factus essem?
Nec assequi favores
Et nomen alterorum,
Cur ergò factus essem?
Hac gratiâ venustâ
Et universus ordo
Mortalium creatus
Ut gaudeat decenter
Plaudatque rideatque
Et amet nec haud ametur,
Det & petat favorem.
Ergò (Deo volente)
Amabo dum meabo
Super hujus orbe mundi,
Ridebo dum manebo,
Gaudebo dum vigebo

Semper-

Semperque suaviterque.
Sed Sobrius. Falernum
Non est mihi Saluti,
Bibosus esse nolo,
Rixosus esse nolo;
Sed abibo cum bibetur,
Ne præbeatur ansa
Discordiae severae,
A memet alterisve
Ab alteris mihi ve.

Sic Sobrius favebo,
Amabo, jubilabo.
Et hinc mei Sodales
Cordis loco tenendi
Doctissimique rerum,
Istud facetiarum
Examem & levamen,
In Amoris æviterni
Testamen & probamen,
In honoris auspiciat
Nomenq; Symbolumque,
In dexteri favoris
Notamque tesseramque,
Vobis do, dono, sacro,
O candidi sodales.



ANACREON LATINUS

*In quò Echo, magis tamen af-
fecta quàm perfecta.*

Dubitare vos potestis,
Vos hospites; avete
Mihi tamen priusquam
Pergo loqui, favete
Etiam mihi priusquam
Pergo loqui: Catones
Et hispidi Simones,
Veniam precor; datare
Si non voletis, isthas
Schedas & hanc papyrum
Removete vos priusquam
Pergo loqui, referre
Quid Sponsus inter Echo
Inter suamque Sponsam
Sit nuper elocutus.

Dubitare vos potestis,
Sed veriora verò,
Ita me juvent capaces
Calices inebrientque,

Sunt

Sunt facta, quando Sponsus
In valle Sylvulâque
Affinibus meabat
Meabat & rogabat
Rogabat & vocabat
Cantabat inchoabat :

*Echo mei furoris
Cui canunto canna?
Annæ, tibi tenelle
O Lindemuthiana
Diana, dosque fida
Idæ, quid inchoare
Are, quid indicare
Caræ, quid & sacrare
Raræ tibi puella*

*Aut coner aut potissim?
Te forma teque virtus
Fecit venire miræ
Sine fine pulcritatis;
Sine fronte fonte labis
Abis & absque nævo.*

*Ævo putere monstrum.
Quid inde? dic. quid in te?
O absque nube cælum,
Lux clara lux serena,
Annilla da Susurros*

Et docta gutturillo
Da murmurilla blanda
Tibi canens teipsam.
Cantare non valemus
Tibi velut valemus
Aliis, valet nec Echo.
Si nec valebit Echo
Quæ surgit entheata,
Quid ego valebo tandem
Qui sum tener Poëta?

Virtute luculenta
O florulenta lenta
Turpi protervitati,
Oculisque voculisque
O succiplena venâ
Junonis, & profunda
Vndâ Facetiarum
Lepidilla pumililla.
Venerilla Cypridilla,
Violilla pimpinilla
Nitidilla pusitilla,
Charitilla chaltulilla,
Et marmorilla villa
Parvi Cupidinilli,
Quam non elet scelus, quam
Nec fastuosa, quam nec

Timen-

Timenda *menda* turpat:

Diana post Dianam,

Inter tuos feramur

Artus, tuos & artus

Examinemus; ergo

Si non venimus ultra

Licebit his venustis

In artibus moriri?

Mors grata, mors amica,

Si tale das sepulchrum.

O bella vos labella

Rosibella vos labella,

Eburneumque collum

Et nasulus decorè

Sublimis atque mentum

Mentum Deæ Dionæ,

Et vultus universus,

In quò Venus, Venusque

Plusquam locum recepit.

Nectædeat legentem

Inventionis hujus,

Quam nî queas, ô Anna,

Formâ tuâ Deali

Fecisse singularem

Vulgaris esset ipsa.

Candente *dente* vincis

F 5

Zeno-

Zenobiam; Dianæ
Stellam tuis ocellis
Argutulis ocellis.
Concinnus ipse *cinnus*
Tuus est, tuumque sputum
Putum favum recensent
Qui candidè recensent.
Tu fulgidas capronas
Pronas sinus ad imos,
Et liliis rosisque
Mixtas habes papillas,
Illas habes ô Anna!
Ah tu merè *tumere*
Solitas habes rotundô
Pomô rotundiores,
Quæ sicut alma *palma*
Contactui rebellant
Et acriùs resurgunt
Non deprimi volentes
Sororiant & ambæ
Fraterculant ut hædi,
Crus & genu videbam,
Crus & genu micabant;
Venterculum videbam,
Venterculus. Sed echo
Sile. meis ocellis

Et

Et plura tunc videbam ;
Rapuit sed hæc videnti
Cor & meos ocellos ;
Oculos meos recepi,
Sed redde Cor, puella.
Mihi Sustulit puella
Cor, cor meum puella
Mihi sustulit per illam
Nunc juro, dexterasque
Nostras fidemque nostram
Ego juro; commeabo
Ad iudices, vocabo
Quod sustulit puella
Mihi Cor meum, vocabo
Ad iudices paratos
Sed iudices paratos
Sed iudices Amorum.
Echo refer, Senatûs,
Qui iudicant Amores
Litesque conjugales,
Quis est locus? Focus. quod
Jus? jus sus assus. ergò
Ibi quis atque Doctor?
Coctor. quis atque fiscus?
Discus. quis ue Præsul?
Præfultor, deinde

Quæ

Quæ cura? crura pupæ.
Leges? teges cubilis.
Potator est notator,
Labella sunt tabella.
Quæ creta? Seta. Cura?
Pandura. Charta? Chorda.
Mera, Cera, gaulus aulus.
Capitale crimen? Hymen.
Decreta? Neta. Diræ?
Lyra. Merenda menda,
Et cultor ultor. at quæ
Rapina? vina. Prædo?
Edo. Verna? perna. Lites?
Lituus. Querela? tela
Veneris Cupidinisque.
Echo sonare perge,
Quæ fontis in Senatu
Est culpa? pulpa, culpæ
Quæ pœna? cœna, pœnæ
Quæ rixa? lixa. Quale
Verum? veru superbum
Gallisque turdulisque.
Ad iudices vocabo
Ad iudices An
Quæ sustulit pu.
Mihi cor meum, 101.

Vt

Vt puniatur ista,
Et vinciatuſ ipsa,
Et pendeat deinde.
Echo potes profari
Quo vinciatuſ iſta
Fur capta, quale lorum?
Torum puto. Sed ah quæ
Numella? mella linguæ.
Stapes? tapes. ſed ah quis
Stipes, bipes. deinde
Cippus? cibus. deinde
Palus? ſalus bibentis.
Cataſta? teſta. Mors? ſors.
Quæ ſira? ſpira, Spes? pes.
Funis? Venus. ſed ah quis
Corax? colax. ſed ac ah
Quæ ſcala? mâla ſponſi.
Pinus? finus. venuſtum
Pendere ſic lucellum
Eſt inſolensque. maſta
Pende puella pende,
Intrans meum cubile;
Te ſervo diligoque
Cordis mei perennem
Furem, jocationum
Prædunculam mearum.

O vi-

Vt



O vividam lucernam
Cernam tuumque vultum!
Et pœtulos ocellos
Exosculer magis quàm
Trecenties, deinde
Toties tuas papillas,
Deinde dormiamus,
Palpemus & patremus
Remus mei lepóris;
Mea blanda gratiosa
Rosa, te mihi puellis
Pre millibus pudicam
Dicam, probam, decoram
Coram frequente turba
Urbanitatis auctrix;
O destituta tuta
A pravitate morum,
Honoris officina,
Vicina Gratiisque,
Faventis propinqua
In qua rosella sella
Sponsi Cupidinisque,
Brevitatis, ævitatis,
Risus, joci, lepóris.
Cognata nata pacis
Et anti-hac fuisti,

Sed

Sed scilicet Fuisti,
Effecta nunc severa
Fera noctibus futuris
Duris parata pugnis,
Ut misceas duellum.
Ellum, quis est acerbi
Furoris hujus Heros?
Eros. Deusque cæcus
Is Nuptialis, alis
Is est celer Cupido.
Furit, urit atque prurit
Insignis ignis ejus,
Et tangit angit arcus,
Cordicremis Sagittis
Agit is celer Cupido;
Martisque limen Hymen
Hodiè tibi recludit
Et ludit imbecillem.
Iugula gulâ Lyæum;
Divina vina sospes
Hospes sitit bibitque
Et intonat facetus
Cætus juvenulorum;
Amatur & jocatur,
Ridet, videt, coronat,
Et vitra vastat, astat

Et

*Et canticum figurat,
Urat Venus puellas.
Et interim triumphat.
Ad arma ad arma ad arma!
Parmâ tuâ retunsâ
Transi, puella, transi.*

Dicunt carere mortem
Digitisque carnibusque,
Nil fantur esse mortem:
Sed ego meæ puellæ
Mortem diu notavi,
Digitusque tota mors est
Caroque tota mors est,
Nec nil meæ puellæ
Mors est. Satis notavi,
Salax, faceta, pulchra
Mors est meæ puellæ.
Transi, puella, transi
Scis quomodo? puella
Si nescias, docebo,
Adverte diligenter:
Ichneumon administer,
Animalculum superbum
Et versipelle (sævus
Crocodilus enecatur
Alàs at hoc, in alvum

Dum

Dum se ciet dolosè
Et rumpit in medullas
Quiete dormientis)
Ichneumon à Dionâ
Mihi consecratus ipsâ est,
Decenter educatus,
Cristatus, explicatus,
Quàm cæterique longè
Astutior. meorum
Circa pedum cavernas
Studenter aucupatur
Altum tuum soporem
Ut inde per foramen;
Ah, pupa, quæ sequuntur
Tacebo, ne rubescas
Aut fortè lacrymeris.
Transi, puella, transi.
Hoc unicum subinde
Repetoque nuncioque.
Transi, puella, transi.
Es victa victa victa,
Puella blandicella
Tuam fatere culpam,
Es victa victa victa.
Victoris ergò jussu
Erunt tuis capillis

Deserta

Deserta *serta* posthac,
Solubili que cestô
Esto ligata sponso.

Puella, sum Tyrannus,
Si te necare cesso,
Perennibus, puella,
Te vinculis reservo,
Nisi pro Redemptione
Lytron dabis dietim
Ter mille Basiorum:
Sed erunt satis nec ista
Ter mille Basiorum,
Nisi pro Redemptione
Lytron dabis cor ipsum;
Nec sufficit Cor ipsum,
Nisi pro Redemptione
Dabis obsides pusillos
De ventre filios,
Nec sufficit tamen mi
Etsi dabis pusillos
Hos obsides, eadem
Nisi pro Redemptione
Mihi dabis te ipsam;
Nisi dabis te ipsam,
Et insuper dietim
Ter mille Basiorum,

Et

Et insuper cor ipsum,
Et obsides pusillos,
E vinculis abire
Meis, puella, nescis.

Pusilla blandulilla,
Cum corde nunc te ipsam
Teneo; mihi que sumam,
Si non dabis, dietim
Ter mille Basiorum.
Quid restat ergò Lytri?
Des obsides pusillos
De ventre filiolos
Hac pro Redemtione,
Hoc unicum requiro,
Si tradis acquiesco.
Quotannis ergò cunas
Vnas duasvé prole
Vtriusque stirpis imple,
Infantulo papillis
Mammisque marmorillis
Perennè defluat ve-
nust illa stilla lactis,
Donec Tyrannus annus
Umbris eas opacat
Pacatque membra cippus.
At, bat! recessit Echo,

Invita

Et

Invita vita tristis
Est vita, læta vera.
Sic dixit & recessit
Et jussit inchoare
Vt provocem rogemque
Collum meæ puellæ
Amplexus osculatus
Vt hanc queam tenere
Sicut tenere vellem.
Sic jussit ipse Hymen.
Mea Sponsa virginella,
Mea pica blandicella,
Sponsi tui perennis
Festivitas & hujus
Æstivitas, & hujus
Amœnitas, & hujus
Jucunditas, & hujus
Beatitas, & hujus
Formositas, & hujus
Benignitas, & hujus
Insignitas, & hujus
Procacitas, & hujus
Felicitas, & hujus
Securitas, & hujus
Sublimitas, & hujus
Immensitas, & hujus

Dotali-

Dotalitas, & hujus
Alternitas, & hujus
Urbanitas, & hujus
Mordacitas, & hujus
Velocitas, & hujus
Feracitas, & hujus
Fœcunditas, & hujus
Paternitas, & hujus
Sodalitas, & hujus
Longævitas, & hujus
Vivacitas, & hujus
Serenitas, & hujus
Fidelitas, & hujus
Virilitas, & hujus
Jocositas, & hujus
Rapacitas, & hujus
Sequacitas, & hujus
Trahacitas, & hujus
Salacitas, & hujus
Mel, lingua, dulcis ignis,
Spes, res, salus, ocellus,
Mea vita, caseusque
Mollis recensque mustum
Meusque Mazipanis,
Mulsun, pyrum, papaver,
Amica mammeata,

Beata

Beata, delicata,
Semperque gloriosa.
Mea Sponsa, basiato;
Mea me soror teneto;
Mea sola, possideto;
Mea mensa, me cibato;
Mea lux, mihi micato;
Dux, ante me meato;
Dilecta, diligas me;
Columna, fulcias me;
Amica, sentias me;
Mea civitas, colas me;
Dulcedo, recrees me;
Mea turris, implices me;
Mea spes, resuscites me;
Mea pausa, robores me;
Mea causa, provehas me;
Mea Scala, sufferas me;
Mea porticus, tegas me;
Mihi turdus es beatus,
Mihi pavo delicatus,
Mihi parus es superbus,
Mihi Cygnus es venustus,
Mihi Sturnus es facetus,
Ansellus es tenellus,
Mihi turtur es pudicus,

Mihi

Mihi passer es jocosus.
Mi turde truttiles me;
Mi pavo vestias me;
Mi pare tinnines me;
Mi cygne drensites me;
Mi sturne pisites me;
Anselle gratites me;
Mi turtur ingemas me;
Passer meus pipas me;
Perdix es ac hirundo,
Hirundo trinsites me;
Perdixque cacabes me;
Vipioque Pipioque
Meus es, remordeas me;
Apisque, bombiles me;
Apis mihi perennis;
Philomela virginella,
Mea pica blandicella,
Acanthis, aurivittis,
Turdela, carduelis,
Rubicilla, Gallinilla,
Fringilla, cincinilla,
Et casta Phasiana,
Pullaster & Palumbes,
Apiaster & Columba,
Et quicquid est beatum

Simul

hi

Simul atque delicatum,
Et quicquid est superbum,
Et quicquid est protervum,
Et quicquid est facetum,
Simul atque gratiosum,
Et quicquid est tenellum,
Et quicquid est novellum,
Et quicquid est jocosum,
Et quicquid est pudicum,
Et quicquid est venustum,
Et quicquid est modestum,
Et quicquid est honestum,
Hoc omne, sponsa sola,
Es tu mihi manesque
O Sponsa sponsa sponsa
O Sponsa gratiosa.

Dico tibi catelle,
Nomen gerens Amoris,
Rubris notate signis
Amor catelle candens,
Ut haecenus solebas
Sequax abire serò,
Comes redire manè,
Pari cubare lecto
Uno tegi cubili,
Et avocare somnum

Et

Et lufitare nudis
In brachiis finuque
Et te fovere caſto
Annæ calentis igne
Blandirierque caudâ
Affultibus retortis,
Et morficare quicquam
(Ut haftenus ſolebas)
Nudum quod eſt puellæ
Amor Catelle ceſſa;
Ego ſubibo partes
Tuas, Amor Catelle,
In lectulo beato.
Pari cubabo lecto
Uno tegar cubili
Et avocabo ſomnum
Et luſitabo nudis
In brachiis finuque
Et me fovebo caſto
Annæ calentis igne.
Ceſſa, Catelle, ceſſa;
Ego ſubibo partes
Tuas, Amor Catelle,
In lectulo puellæ,
In lectulo, puella,

G

AH

Et

Ah pone me secundum
Ah pone me secundum,
O Sponsa gratiosa,
Tuum Cor. ipse quando
Ibi fui receptus,
Dicam: Cor ô Cor, esse
An vis meum Cor? ipsi
Dicam, Tuum Cor & cum
Responderit: Lubenter
Volo; sed meus vicissim
Vis esse totus? esse
Totus tuus libenter
Volo, pium Cor. ipsi
Respondero paratus.
Et tunc cor illud inter
Plausumque gaudiumque
Tenebo, providebo,
Solabor, osculabor,
Amplectar, intuebor,
Palpabo, vellicabo,
Tangamque diligamque,
Donec tenendo fessus;
Tenendo, providendo,
Solando, colloquendo,
Palpando, vellicando,

Tan-

Tangendo, diligendo,
Et osculando lætus
Condormiam, quiescens
Penes tuum Cor illud,
Habens manum sinistram
Inter tuas Papillas.

Ubi tuum sedet Cor,
Ibi quando tunc quiesco
Somno probo sepultus
Tu conde me tenellis
In brachiis tuis, ut
Cupido cuspidatus
Me non ferire, me non
Reperire possit ultra.

Sic dixit auspicatus
Neonymphus, annotavi.
Sed vocis vniversa
Tamen assequi nequibam.
Neonymphus ut decentes
Papillipressiones
Tentârat & labella
Benè suxerat puellæ,
Neonymphus ut trecentas
Mentambulationes
Patrârat, & monile

G

2.

Benè

an-

Benè torserat puellæ
Neonymphus ut frequentes
Maxillimorfiones
Rotârat, & genillas
Sat tri verat puellæ;
Neonymphus ut facetas
Pedipræliationes,
Labellitritiones,
Corcliremulsiones,
Et crurimistiones
Digiti loquentiasque
Libârat, ille tandem
Pergit sonare rursus
In scitulo lepore;
In fervido calore
Ego notare rursus:
Rex, Jupiter (redinquit)
Gentilium Deorum
Dum flagrat Alcumenam,
Condormiens figuram,
Quam vult, habet, fit ille
Amphitruo repentè,
• Fit Jupiter vicissim,
Amphitruo vicissim.
Naso voyet videri

In pulicis figurâ;
In pulicis figurâ
Naso vovet recondi,
Ut possit ire quorsum
Vult cunque virginellæ
Per membra perque perque
Et per sinum per atque
Quicquid potest placere.
Speculum sed ipse fiam
(Fieri velut volebat
Anacreon) venustum,
Pulchella nostra stella
Meique Phœbe cordis,
Ut usque specter à te
Fruens tuis ocellis
Stellatulis ocellis
Bellatulis ocellis
Ocellisque bellis;
Vestis sed ipse fiam
Stringens tuos lacertos,
Formosulos lacertos.
Strophiumque sim papillis,
Roseis tuis papillis,
Constantulis papillis,
Rotundulis papillis,

G 3

Ebur-

Eburneis papillis,
Et albulis papillis
Et fulgidis papillis,
Et flammeis papillis,
Et floridis papillis,
Ambabulis papillis,
Pulcherrimis papillis,
Tenerrimis papillis,
Lepidissimis papillis,
Et lacteis papillis,
Et candidis papillis,
Et talibus papillis,
Quales habet Diona,
Illis tuis papillis
Strophium, puella, fiam,
Ut semper utar istis
Tangendo, protegendo,
Tenendo, comprimendo,
Luctando, conjugando,
Cogendo, dividendo.
Plantisque mollicellus
Sim calceus tenellis
Agillimisque plantis,
Ut commeari tecum
Possim locum per omnem,

Per

Per tesqua publicumque
Forumque Semitasque,
Ad nundinas & hortum
Ad Nuptias & aruum
Et ad cubile tecum.
Ut ad cubile possim
Tecum meare Sponfa,
Ut ad cubile possim,
Per alterum meare
Si non modum daretur,
Sim calceus tenellis
Plantis tuis, puella,
Mea casta, delicata
Et amabilis columba;
Mea sola tota cura,
Jucunda, munda, pura,
Mea stella, Luna, Sidus,
Dulcis meus Paradisus
Et amabilis columba.

Sic dixit auspiciatus
Neonymphus & puellam
Abduxit in cubile
Et inchoavit illic,
Ego nescio quid. aut si
Sciam, tamen tacebo.

Per

G

4

Dum

Dum vix cubant, gemebat.
Gemebat & timebat
Neonympha deprecata
Ah illud illud illud,
Ah illud illud, ah ne,
Ne tentet in pavente.
Sed Sponsus hunc pavorem
Et illud illud ah ne,
Vt risit atque sensit,
Commisit; & Sed exest.
Hoc debui notare
Et indicare vobis.

II.

Ad Papillas.

O vos mollicula mea puella
Sicut sidereus globus rotunda,
Pulcra, turgidula truces papille,
Quid, si vos aliquando delicatus
Infans suget & ebibet colostrum
Vestrum, tunc patietur is dolorem
Atque sentiet in suis medullis?
Nam tantum leviter meis ocellis
Si vos aspicio, bibo venenum,
Intra me neque sanus esse possum.

Hoc

Hoc ex intuitu fit. inde vestri
De lactis bibitore iudicetur.
Infantem miserum, cui tumentes
Vos tunc insinuat in labella!
Hic ex lacte necem bibit perennem,
Si ego ex intuitu bibi venenum.

II.

*Amor E. G. querulus, sed
fictus.*

Dii perennitatis
Et semper æviterni
Amantium Dynastæ,
Considerate flammæ
Et horridas sagittas
Quis cor meum perurit
Et intimas medullas
Exhaurit ebibitque
Nequissimus Cupido,
Obtestor obsecroque
Audite me Deorum
O maximi querentem
Et sedulò monentem
Et jure postulantiem
Ut jura protegatis,

G

S

Et

Et puniatis istum
Istum malum puellum
Istum malum Tyrannum
Ac pessimum latronem,
Qui rexit atque flexit
Omnia severitatem
Superbiamque cunctam
Tyrannidemque cunctam
Cunctamque duritatem
Lethaliter citatis
Me sauciare telis
Tinctis nigrò venenò.

Aurora testis esto,
Aurora gratiosa,
Quæ, cum diem reducit,
Exaudit ejulatum
Et flebiles querelas
Pereuntis in furore,
In amore cum furore.
Aurora cum recessit
Est obsequens Diana
Induta Candidatis
Amictibus; refulget
Ex ejus ore splendor
Et nota lux diei;

Comes

Comes hujus est Apollo,
Et Sol amictus aurô,
Qui gaudiô serenô
Perfundit omne vivum:
Sed tristis ipse Solus
Gemôque lacrymôque
Et Solus implicatus
Doloribus diurnis
Plangôque, lugeôque.
Omnis recurrit unda
In hoc fretum profundum,
A quô prius recessim
Manabat & meabat:
Sic & meæ querelæ
Cum lacrymis amaris
Suspiriisque totis
Ex corde maceratô
Oriuntur, & vicissim
In corda macerata
Truduntur & recurrunt,
Vnde prius fluebant.
Audite me sagaces
O Nymphulæ ferarum
Indagine luparum
Et flete meligatum

Amo-

Amore, quem docebit
Pati sed haud potiri.
Orpheus domare bruta
Et commovere saxa
Et concitare cautes
Et provocare truncos
Potuit suis susurris
Canens diserta metra
Super necem maritæ:
Sed ego misellus, ah ah,
Miserabili dolore
Et nœniis acerbis
Et omnibus querelis,
Quem movero Deorum?
Aut quos homuncionum?
Orpheus lyrâ canebat
Dulcissimos lepóres
Sed ipse voce contrâ
Mœstissimos profundo
Gemitusque lacrymasque
Mori volens Amore
Debens mori furore
Cupidinis puelli,
Sævissimi Tyranni
Et pessimi latronis.

Mise-

Miserere, Sancta Cypris,
Miserere te rogantis,
Orantis, obsecrantis,
Et semper invocantis;
Miserere sancta Cypris,
Domans tuum furorem
Et virginem rebellem,
Et extrahens sagittas
Ex corde sauciatô,
Dea Cypris entheata
His igneis sagittis
Tuus petat Puellus
Posthac feras in agris,
Humana nulla corda
His perdat & trucidet.

Cautes, nemus, vireta,
Herbasque cespitesque
Cum vallibusque montes
Dudum miser vocavi,
Sed cuncta surdet auris
Et nemo singulorum
Responsa dat vocanti.
Sed sola sola tandem
His adgemiscit Echo,
Mei miserta voces.

Red-

Redhostit, & dolori
Meo suum dolorem
Adjungit & coaddit.

Cicero capesse chartam
Et scribito tabellam
Sperantiæ benignæ
Cur deserat misellum
In amore me ministrum?
Quæ sola me fovebat
Spes, ipsa nunc recessit
Et amore me reliquit
In fervido : quamobrem
Despero quando spero
Et impotens mei sum.

Dea Cypris æ viterna
Aufer meum gravamen
Et sarcinas onustas ;
Te laude sempiternâ
Laudabo, prædicabo
Si liberare possis
A morte me cruenta
Cum duplicat vicissim
Et triplicat vicissim
Nequissimus Cupido
Acres suas sagittas

Et

Et noxium venenum.

Sed surda te vocanti
Es sancta Cypris, ah ah
Es surda Cypris. ergò
Cum nescias moveri
His omnibus querelis,
O bibo nunc, ò bibo
Inops, relictus, ex spes,
Solatiis egenus.

In morte sanctionem
Condam tamen supremam,
Testamen æviternum.

Puella cujus unâ
Cruelitate perdor,
Sis prima pars statuta
Hæreditatis hujus,
Et possideto corclum
Sed mortuum deinde,
Quod hæctenus dedissem
Vivum, sed ipsa vivum
Contemnis atque spernis
Et jam perire cogis.

Scito, puella, scito,
Post fata funerósa
Optabis esse vivum

Et

Et clanculum subinde
Deflebis & dolebis
Quem jam tuis superbis
Oculisque voculisque,
Puella, perdidisti;
Sed mortuum, puella,
E morte nubilosâ
Revocare tunc nequibis
Revocare quando malle.
Puella fastuosa,
Et durior Leænâ;
Memento verba nostra
Quæ jam tibi relinquo.
In agone mortis errans
Et ultimum remittens
Suspirium, memento.

E. G. IIII.

Maturior puella
Amiserat pudorem
Examen Hymenæi
Experta cum juvencô.
Hanc increpat sacerdos,
Pudeatque tædeatque,
Sed illa se repurgans,

Ah

Ah me coëgit, inquit,
Ephebus is petulcus
Cum sola commearem
In hortulô virenti,
Corpus meum prehendit,
Si non voles, oportet,
Hem, dixit. & repentè
Me stravit in frutetum;
Et nescij domare
Hanc vim meâ quidem vi;
Quid ergò factitarem?

Sed objicit sacerdos,
Viros ut impudicos
Superaverit Susanna,
Hæc sola tunc duobus
In hortulo rebellans.
Tali modô profectò
Quoque debuisse sese
Pro castitate sartâ
Pugnasse, dimicasse.
Ad quod puella dicit:
Quos arcuit Susanna,
Viri senes fuerunt;
Sed noster est juvencus,
Venustus, haud vetustus.

Si


Si æque senex fuisset,
Qui me stuprare vallet,
Plus herclè quàm Susanna
Pro castitate nostrâ
Tunc ipsa dimicaret.


F I N I S.





Præ


Præterea posui scienter antepenultimas breves in Imperativus Epigram 267. & in Verecundor Epigram. 238. Item in Obedire Epigram. 105. lib. 1. cum tamen longa sint. Ne quis me ex ignorantia peccasse putet.














Ka 3613^h

ULB Halle 3
001 503 790





52

f

V077







5. 4
TIMOTHEI POLI
EPIGRAM-
MATA.

&
HYPORCHEMATA,
&
ANACREONTICA,
&
CÆTERA.

Secundâ vice edita.



ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS ANDREÆ.

Anno 1629
Hieronymus Ludolphus
Ag. et. 1629

